UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2357.
G. 1. 5.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegij Paderborn
Soctis Jesu

Anno 1664

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# METHODVS EXPEDITÆ COMMVNIONIS

Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis.

## LIBER VNICVS

P. THOMÆ TAMBVRINI
Siculi Caltaniſettenſis
Theologi Soc. IESU.

*In quo omnes ferè conſcientiæ caſus ad Euchariſtiæ Sacramentum quà miniſtrandum, quà ſuſcipiendum ſpectantes.*

Breviter, clareque, ac ut plurimum benignè deciduntur.

*Opuſculum Authoris ſecundum.*

Editio nova in Germania.

(o)

*COLONIÆ AGRIPPINÆ,*
Apud JOANNEM BUSÆUM
*Cum Privilegio.* 1657.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C

Tamb
Sacerc
ejuſde
cogno
poſſe
facimu
ita iis,
tut. C
manu
que nc
mæ 28.

A F

E X
diſ
Candic
Vidi O
ma Co
agenda

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VINCENTIVS CARRAFA
Societatis Iesu.
*Præpoſitus Generalis.*

CVm Methodum expeditæ Communionis à P. Thoma Tamburino noſtræ Societatis Sacerdote compoſitum aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. Cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus Romæ 28. Decembris 1647.

*Vincentius Carrafa.*

## APPROBATIO.

EX commiſsione Reverendiſsimi P. Fr. Vincentii Candidi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Vidi Opuſculum de Sacratiſsima Communione expedite peragenda à P. Thoma Tamburino

noſtræ Societatis Theologo con-
ſcriptum, ac nihil continere ar-
bitror contra fidem, vel pios mo-
res, vel Eccleſiæ conſuetudinem:
& proinde poſſe cum fructu in
lucem edi cenſeo. In Domo
Profeſſorum Soc. Ieſu. Romæ 6.
Ianuarii 1648.

*Joſeph Spucces Soc. Jeſu.*

Imprimatur ſi videbitur Re-
verendiſſ. P. Mag. Sac. Pal.
Apoſt.

*A. Rivaldus Viceſg.*

Imprimatur Fr. Vincentius
Candidus Sac. Pal. Apoſt.
Mag. Ord. Præd.

*FACVL-*

# FACVLTAS R. PATRIS
## *Provincialis inferioris Rheni cum Privilegio.*

EGo infra ſcriptus Societatis IESU per Inferiores Rheni Provincias Præpoſitus Provincialis, poteſtate mihi ab Adm. Reverendo, P. N. Generali GOSVVINO NICKEL ad id facta, concedo IOANNI BUSÆO, Bibliopolæ Colonienſi, facultatem recudendi Opuſcula tria R.P. THOMÆ TAMBURINI Societatis noſtræ Theologi, legitimè ante hac cenſa probataque, quæ inſcribuntur, *Methodus expeditæ Confeſsionis*, *Methodus expeditæ Communionis*, & *Methodus expeditæ Celebrationis Miſſæ*, Ei-

demque jus Cæſarei Privilegii uſurpandi eatenus indulgeo; ut ipſo invito, dicta opuſcula nemo deinceps recudere, nemo intra S. Rom. Imperii fines, & hæreditarias S. Cæſareæ Majeſtatis Provincias importare, aut venum exponere audeat. in cujus rei fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo munitas dedimus Coloniæ 18. Iunii 1656.

HIERONYMUS VVARMOLDT.

*Illuſtriſsimo atque*
*Excellentiſſ. D.*

# D. VITALI VALGVARNERÆ DEL CARRETTO

Arenellæ Duci.

*Thomas Tamburinus S. I.*
*ſempit. Felic.*

EQuidem, Dux Excellentiſſ. tam humili munuſculo tuæ be-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nignitatis ædem non adirem, niſi illius veteris parœmiæ memor eſſem AD ARAM GRATIARUM ANIMUS, NON HOSTIA CENSETUR. Video debilitatem ingenii mei, video opuſculi, quod tibi conſecran-

crandum offero, tenuitatem. Verum & animum meum tibi adictiſſimum, & animi tui auguſtam aram gratiis undique redundantem etiam video. Munera vel leviſſima, ſi à magno Principe, hi-

lari vultu, admit-
tantur, grave mo-
mentũ accipiunt.
Accedit quod
nobilitati gene-
ris neſcio quid
inditum ſolet eſ-
ſe non vulga-
ris humanitatis.
Quid ergo non
ſperem à tua dul-
ciſſima morum
faci-

facilitate, cum Nobiliſſ. Majorum tuorum prę claro ſanguine, quaſi per puriſſimos canales, in te generosè transfuſa? quorum certe ſeriem ſi numerem, numerem pariter Oceani guttas, littorum

arenas, Cæli ſtel-
las. Tui generis
nobilitas ex *a* Ca-
ſtello Valguarne-
ræ in Comitatu
Ampurias, ſive
hodie Ampura-
dan parum à Pæ-
ralada Metropoli
diſtante, origi-
nem, octingentis
ab

a *Stephanus Berela in Centuria Barcelonæ c.* 78.

ab hinc ferme annis, feliciter duxit. Secutus eſt non longo intervallo Simeon Valguarnera unus ex præclaris illis Ducibus, *a* qui, regnante Barcinonæ Comite Ramon Berenguer hujus



a *Petrus Tomai c.* 31.

nominis tertio, è
Maurorum di-
tione Majoricam
vindicarunt. Inde
ortus filius Ber-
nardus Guillem,
inde nepotes Gof-
fredus , Franciſ-
cus, Ioannes, Gil-
bertus, inde pro-
pe innumeri ge-
neroſi , pares avis
ſuo

ſuo ordine pronepotes.*a* Simeonem, & Vitalem amantiſſimos fratres, quibus primo Oppidum & Baroniam Aſſori conceſſit Martinus Rex, tanquã eminẽtiſsimos ſeculi ſui æquales illorum

a *Fazellus de rebus Siculis dec. 2. l. 9. c. 9.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illorum temporũ ſunt admirati. Ex Vitali Vitalis Secundus, *a* ex hoc Ioannes, quẽ Alphonſus Rex ſui Camerarii titulo condecoravit innumeris inſuper beneficiis cumulatum. Semel is

Meſ

a *Franciſcus* Baro de *Majeſtate. Panormitana* l.3.c.11.

Meſſanæ Stratigotus, ſemel totius regni Siciliæ Præſes, ſæpius Equeſtrium Pedeſtriumq; Copiarum Ductor. Sileo de cæteris. Franciſcus enim Princeps pater tuus Panormi olim Prætor, ejuſdem-

demq; ad Ducem
Albuquerch Sici-
liæ Proregem le-
gatus: atque Ex-
cellentiſſimus Io-
ſeph frater Ger-
manus tuus, qui
nunc in omnium
oculis vivit Prin-
ceps Valguarne-
re, atque Illuſtris
Dominus D. Pon-

tius

tius tuus Patruus in S. Philippi Nerii Panormitana Congregatione Sacerdotio nobilis, ac ſingulari virtute, dulciſſimiſque moribus, vitam cæleſtem ducens, ſatis ſuperque ſunt ad tuam familiam il-

lu-

luſtrandam : quã
tu novo Ducis A-
renellæ titulo dũ
exornas fortunã
Primogeniti fra-
tris ęquaſti, & na-
turæ munera vir-
tutis beneficio
ſupplevisti. Verũ
ut ad noſtra re-
deã, feliciter qui-
dẽ cecidit in rem
meam

meam vel ipſum nomen tuũ, Vitalis Dux Excell. à quo ſcilicet, fortunato omine vitâ transfuſa lucubrationes noſtras animabit. Iuvat, juvat ſperare libellum hunc parem iturum cum meritis tuis, eadem-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

demque æterni-
tate, qua illa per-
fruentur, peren-
naturum. Spem
tantam firmave-
ris, ſi qualecum-
que hoc meæ ob-
ſervantiæ pignus
in tuam cliente-
lam receperis.

Vale.

MO-

# MONITIO
## ad Lectorem.

*VNum quod te monitum velim, amice Lector, hic brevibus perlege. Cum ſententiam quampiam probabilem, ſeu, quod idem eſt, non improbabilem in hoc, vel in aliis opuſculis meis, appello, illud dico, eam te, ſine peccati ſcrupulo, amplecti, atque in praxi ſequi, tuto poſſe. Ejuſmodi locutionem communem bonis Doctoribus eſſe, ex illo principio, quia qui probabili ratione motus aliquid agit, pruden-*

Leg. Caſtr. t. 1. d. 2 de conſcient. p 2. & utrumque Sanc. alioſque ibid. citatos.

*ter*

ter ſe gerit , atque adeo ſi-
ne culpa . probe noſti. Ve-
rum in mentem id revocare,
ad omnem hæſitationem re-
movendam , operæ
pretium fuit.

*Vale.*

# INDEX
# CAPITVM
## ET PARAGRAPHORVM.

Libri de communione expeditè peragenda.

INtentio Operis, & diſpoſitio, pag. 1
De diſpoſitione ſpirituali neceſſaria ad ſumptionem Sacratiſſimæ Euchariſtiæ, cap. 1. p. 3
De Statu gratiæ requiſito, §. 1 pag. 3
An ſit gravius peccatum accedere ad Euchariſtiam cum gravioribus peccatis,

*quàm cum minus gravibus*, § 2. p. 5

*An addat novum peccatum, qui communicat cum peccato mortali, quando prohibetur à Communione ex præcepto humano*, §. 3. p. 7

*De accedente ad Communionem cum peccato veniali*, §. 4. p. 10

*De actuali Devotione in ſumente ſacram Euchariſtiam*, § 5. p. 12

*De Confeſſione præmittenda Communioni: ubi explicantur Tridentini verba.* Modo non adſit copia Confeſſoris urgente neceſſi-

ceſſitate quam primum confiteatur. §. 1. p. 15

*Quando debet elici actus contritionis ab eo ſive Laico, ſive Sacerdote, qui urgente neceſſitate, ſine Confeſſione ad Euchariſtiam accedit.* §. 7. p. 57

*De eo, qui ante Communionem recordatur peccati indirectè abſoluti,* §. 8. p. 61

*An peccata negativè dubia ſint ante Communionem Sacerdoti aperienda,* §. 9. p. 65

*An ſit caſus in quo communicare quis ſine Confeſsione, & item ſine Contritione, atque adeo in pec-*

*cato mortali poſsit*, §. 10. p. 69

*An liceat laico quotidiana Communio*, §. 11. pagin. 74

De *diſpoſitione corporali requiſita ante ſacratiſsimam Communionem*, Cap. 2. p. 76

*De munditie à pollutione, vel copula*, §. 1. p 76

*De munditie corporis externa*, §. 2. p. 80

*De ſuperfluo mulierum ornatu*, §. 3 p. 81

*De veſtibus externis: ubi an Sacerdos ſine ſtola, & eques cum gladio decenter communicent*, §. 4. p. 83

*An corporis ſanitas requiratur ab*

*ab accedente ad Communionem, §. 5. p.* 85

*De Ieiunio naturali requiſito ante communionem, §. 6. p.* 87

*De dubitante an ſolverit jejunium naturale: Vbi de diverſitate horologiorum, §. 7. p.* 100

*Quando non jejune licet communicare. §. 8. p.* 101

*De Communione in azymo, & fermentato, §. 9. p.* 115

*De iis, quæ ad Communionem pertinent poſt quam peracta eſt, cap. [illegible]. p.* 135

*An ſtatim à communione comedere liceat. §. 1. p.* 135

*An ſtatim ab accepta communione expuere liceat, §. 2. p.* 136.

*An Aromata ruminare ad evocandum phlegma liceat ſtatim à communione*, §.3. p. 136
*Quando nam liceat infirmo, poſt peractam communionem, evomere*, §.4 p 137
*An ſit novum, vel majus peccatum, illud quod ipſa die communionis committitur*, §.5. p. 140
*An poſt peractam communionem liceat eodem die ad uxorem accedere*, §.6. p.141
*De precepto communionis Paſchalis*, c.4. p. 143
*Explicatio prima clauſulæ Canonis.* Omnis: utriuſque ſexus fidelis: *ubi quid de non baptizatis, energumenis,*

*nis, ſtolidis, & ſimilibus,* §. 1. p. 144

*Explicatur ſecunda clauſula ejuſdem Canonis:* **Poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit:** *ubi an impuberes ſubdantur legibus, & pœnis latis ab homine,* §. 2. p. 149

*Explicatur tertia clauſula.* Semel in anno confiteatur: *ubi obiter de præcepto annuæ confeſſionis,* §. 3. p. 163

*Explicatur quarta clauſula.* Suſcipiens reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum. *Vbi de obligatione præveniendi & tollendi impedimenta, de loco communionis, de tem-*

*pore, deque de miniſtris, præſertim Religioſis*, §. 4. *pag.* 178
*Explicatur quinta clauſula:* Niſi forte de proprii Sacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſſam, ad tempus, ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum. *Vbi quis hanc, & alibi, quàm in Parochia, communicandi licentiam concedere valeat. An Epiſcopus, Archipresbyter, Vicarius Generalis, Parochi Montis Regalenſis.* §. 5. p. 195
*Explicatur ſexta clauſula:* Alioqui & vivens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, & morien-

moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura, §.6. p. 204
*De præcepto communionis inſtante mortis periculo, c.5. p.* 205
*An hoc præceptum omnes in eo periculo obliget, §.1. p.* 205
*An obliget eos, qui paulo ante periculum communicarunt, §.2. p.* 207
*An obliget eum, qui communicavit in Paſchate, §.3. p.* 210
*An hoc præceptum obliget petere Euchariſtiam ab Hæretico, excommunicato & ſimilibus, ſi alius Sacerdos non adſit, §.4. p.* 211
*An in eadem inſtantis mortis neceſsitate, poſsit quilibet*
Sacer-

Sacerdos etiam Religioſus miniſtrare Euchariſtiam, §.5.p. 213

An qui, mane, ex devotione communicavit, & deinde incidit in periculum mortis, poſſit, eadem die, pro Viatico communicare, §.6. p. 214

De ſumente Viaticum in mortali, deque mortaliter peccante, poſt illud, §.7.p. 215

An pueri communicandi ſint pro Viatico, §.8.p. 217

An amenti temporaneo, ac phrænetico dandum ſit ſacrum Viaticum, §.9.p. 219

Quando licet dare infirmo non jejuno Communionem, §.10 p. 222

At

*An qui ſemel Viatico refectus fuit poſsit intra eandem ægritudinem ſæpius non ieiunus communicare*, §. 11. p. 226

*An eadem die qua quis occidendus eſt poſsit communicare: Et quid de infideli, qui eodem, quo baptizatur, die eſt ſuſpendendus*, §. 12. p. 228

*De Miniſtro Communionis*, cap. 6. p. 230

*Quo habitu, qua hora, quibus circumſtantiis eſt miniſtranda Euchariſtia*, §. 1. p. 230

*An miniſtrari Euchariſtia poſsit indigno*, §. 2. p. 233

*Quam debeat pœnitentiam*

exhi-

*exhibere ſive publicus ſive occultus, peccator ut ad communionem admitti poſſit*, § 3. p 346

*An laicus aut inferior Diacono miniſtrare unquam poſſit Euchariſtiam*, § 4. p. 248

*An extra ſacrificium poſſit ſe ipſum Sacerdos communicare*, §. 5. p. 250

*An Sacerdos poſsit communicaturo miniſtrare partem ſuæ hoſtiæ*, §. 6. p. 253

*An tempore interdicti generalis miniſtrari Communio poſſit*, §. 7. p. 257

Finis Indicis Capitum.

# LIBER VNICVS.

## De Sacratiſſima Communione expeditè peragenda.

### *Intentio operis, & diſpoſitio.*

NOn ſanè, fruſtra amicos hortatus ſum, ipſo præcedentis, de Confeſsione opuſculi initio, ut ad me aliquid referrent, de eodem, ſi quid opus eſſet, locupletando. Nam perfamiliaris quidam meus, omni virtutum genere æquè, ac ſingulari eruditione præditus, me, amicè monuit, ut quæ ad Sacratiſsimam Synaxim facilè exhibendam pertinent hic adnecterem; ipſi enim methodo Confeſsionis, quæ ad Sacramentum Eu-

charistiæ dignè ſuſcipiendum maximè dirigitur, non vulgare ſic adderem complementum. Placuit ita mihi ea monitio; ut morem ſtatim amico libenter geſſerim: & jam de Sacratiſsima Communione expeditè peragenda, ad Summi Dei majorem gloriam, quam ob oculos, præ rebus omnibus, habere ſubmiſſo animo profiteor, brevem tractationem in manus fidelium do.

*Digeretur autem in aliquot capita.*

1 De diſpoſitione ſpirituali neceſſaria ante Communionem.
2 De diſpoſitione corporali ante eandem.
3 De iis quæ pertinent ad eandem peractam.
4 De præcepto Communionis Paſchalis.
5 De eodem, inſtante morte.
6 De miniſtro Communionis.

# CAP. I.

## De diſpoſitione ſpirituali neceſſaria ad ſumptionem Sacratiſsimæ Communionis.

### §. I.

*De Statu gratiæ requiſito.*

1 PRæter Baptiſmum, & Pœnitentiam, cætera quinque Sacramenta requirunt per ſe, in recipiente, ſtatũ gratiæ. *a* Et ſanè ad Baptiſmum, & Pœnitentiam, licet apta diſpoſitio ſit perfecta contritio ; *b* eſt item apta, attritio. At ad cætera Sacramenta, & multo magis, propter majorem Domino Sacramentorum debitam reverentiam, ad Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiendum, requiritur ſtatus gratiæ : ſecus committitur peccatum ſacrilegii: ſcilicet,

*a Suarez de Sacr. id eſt to. 3. in 3. p. diſp. 18. ſect. 2. Coninch de Sacr. q. 62. ar. 1 d. 2. Bonac. de Sac. diſp. 1. q. 4 p 2. n. 2.*

*b Suar. ib. diſp. 28. ſect. 2.*

ut ſancta ſanctè tractentur. Nam propterea illa duo vocantur Sacramēta mortuorū, cætera verò, quinq; vocantur Sacramenta vivorū, nempe vivorū per gratiam, quæ eſt vita animæ. Cujus differentiæ ratio *c* eſt, quia Baptiſmus, & Pœnitentia ſunt inſtituta ad primam gratiam conferendam: ergo illam ſupponere non oportet: cætera verò cum ſint inſtituta ad eandem augendam; illam per ſe ſupponere debent.

c *Suarez Con. Bonac. ibid*

2 Dixi (per ſe) nam, per accidens, primam aliquando gratiam, licet illam in anima nequaquam inveniant, valent producere. Idque, univerſaliter, in omnibus, in illo unico eventu uſu venit; quando quis bona fide, & ſine fraude ſe exiſtimans eſſe in ſtatu gratiæ, ſuſcipit aliquod ex illis vivorum Sacramentis: tunc enim cum ſola attritione ſupernaturali, quæ ſemper

requi

requiritur, ut tollatur obex gratiæ, ex vi talium Sacramentorum, primæ gratiæ animam ſanctificantis ornamentum acquirit. d Hujus probabilis doctrinæ ratio, pro modo, ſit illa, quia cum gratiæ augmentum haberi non poſsit, niſi prima gratia ſupponatur (ad augmentum enim neceſſario ſupponi debet qualitas, quæ augenda eſt) certè niſi ipſa prima gratia haberetur; nihil haberetur gratiæ, contra finem, ad quem ſunt inſtituta Sacramenta.

d *Suar. de Sacram. diſp. 7. ſect 2. & de Euch. diſp. 63. ſect. 1. §. dico tertio id quod tamen Hurtad. diſp. 8. de Euchar. diſſ. 8. & Vaſq. to 3 in 3. part. id eſt de Euc diſp. 205. C 4. & 5. negant.*

An ſint caſus, in quibus cum peccato mortali ſibi cognito communicare non ſit ſacrilegium, dicemus infra §. 9.

§. 2.

*An ſit gravius peccatum accedere ad Euchariſtiam cum gravioribus peccatis, quàm cum minus gravibus.*

GRavius eſſe mihi non eſt dubium, a quia ſumens

a *De Lugo de Euch. diſp. 14. ſect. 1. n. 6.*

magis irreverenter ſe habet minoremque quantum eſt ex parte ſua, reddit ejuſmodi Sacramenti ſignificationem, quæ eſt, animam divinæ gratiæ refectionibus enutrire.

4. Non puto tamen eſſe neceſſe majorem hanc gravitatem explicare in confeſsione, quemadmodum, nec quale peccati genus, ſive luxuriæ, ſive alterius: nec quo numero, ſive plura, ſive pauciora : ſatis enim eſt Laico dicere, communicavi indignè mortaliter: & Sacerdoti, celebravi indignè &c. Sanè pari modo ſufficit in confeſsione dicere, ſumpſi Euchariſtiam non jejunus : nec opus eſt explicare id ne poſt convivium fuerit, an poſt parcum aſſumptum cibum: quamvis enim concedamus majorem *b* irreverentiam committi, ſi ad Euchariſtiam accedatur, poſt lautas epulas, quàm poſt modicum aquæ potum; tamen

b *Baldell. de vitiis l. 2. diſp 26. n. 11.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia ſiſtitur in eadem irreverentiæ ſpecie, ex ſupra dicta opinione *c* de circumſtantiis aggravantibus, non contrahitur obligatio ejuſmodi graviorem irreverentiam in confeſsione diſtinguendi. Ita ſe res habet in caſu noſtro.

c *Lib. 2. Methodi Confeſſ.* c.1.§.18.

§. 3.

*An addat novum peccatum, qui communicat cum peccato mortali, quando prohibetur à communione, ex præcepto humano.*

1 EXemplo, quæſtionis ſtatum facilè percipies: ſit v. g. quis excommunicatus, vel ſit non jejunus, peccabit ne dupliciter, ſi communicet: uno quidem peccato, contra divinum, & naturale præceptum, quo cavetur, ne ſancta indignè tractentur: & in altero item contra humanum Eccleſiæ, quo prohibetur ne excommunica-

tus, vel non jejunus ad Euchariſtiam aſſumendam accedat?

*a Suar. diſp. 66. de Euch. ſect. 1. §. Dices ergo.*
*b Hurt. diſp. de Euch. 9. diff. 1.*

6 Suarez *a* docet eſſe duo peccata, quia ſunt duæ deformitates. *b* Hurtadus docet eſſe unum dumtaxat, quia quoties præcepta ex eodem motivo multiplicantur; peccatum contra ipſa commiſſum nequaquam multiplicatur: Atqui idem eſt motivum illorum plurium præceptorum, nempe religio, ſeu cultus, ex reverentia, Chriſto Domino debitus: ergo, &c.

7 Profectò cum hæc poſterior ſententia probabilitate magna firmetur, excipi ſine ſcrupulo poteſt: & conſequenter ſatis, abundeque erit, ſic te accuſare, etiam ſi excommunicatus ad communionem acceſſiſti: Communicavi indignè graviter: vel ego excommunicatus ad Euchariſtiam acceſsi Jam enim hoc pacto, non indoctus

Con-

Confeſſarius intelliget te indignè graviter acceſsiſſe.

8 Quid, ſi, quamvis excommunicatus, fuiſſes tamen in ſtatu gratiæ? id, quod tunc evenire poterit, quando non valuiſti abſolutionem excommunicationis obtinere, nec per te, ut non obtineres, ſtetit: ſi, inquam, tunc acceſsiſſes ad communionem excommunicatus; probè ne in confeſsione tuum peccatum explicares, ſi diceres, excommunicatus acceſsi? Probè: *c* quia, jam exiſtens propter ipſum acceſſum in peccato mortali, Euchariſtiæ particeps fuiſti: ſi quidem indignè graviter ad Communionem, eo ipſo accedere auſus es quod excommunicatione commaculatus animum ad illa, non urgente neceſsitate, accedendi habuiſti: id enim graviter prohibet Eccleſia. Dixi (non urgente neceſſitate) nam, ut ex infra dicendis §. 6. num. 26.

c *De Lugo de Euch. diſp.* 14. *ſect.* 1. *n.* 21.

colligetur, illa urgente, nec tua culpa, non abſolutus, non peccaſti, communicando, atque adeo confeſsione non indiges.

## §. 4.

### *De Accedente ad Communionem cum peccato veniali.*

9 EST ne peccatum accedere ad Sacratiſsimam Euchariſtiam cum peccato veniali?

Vaſquez *a* quem ſequitur Jo. Sanchez *b* docet non eſſe, ne veniale quidem, ſive quis comitanter accedat, cum affectu actuali ad veniale, ſive cum venialibus habitualiter, ſine aliqua diſplicentia de illis. Dicit (comitanter) nam ſi quis accederet ad Euchariſtiam, ob finem venialiter malum, v. g. ob vanam gloriam; quia finis ſpecificat actum; eſſe veniale non eſt dubium. Ratio principalis hujus ſententiæ illa

*a Vaſq. de Euc diſp. 207 n. 18.*
*b Jo Sanchez in ſelect. diſp. 22 n. 9. citãs Filliu. Hurt. Ledeſm. & alios.*

illa eſt, quia veniale peccatum hujus Sacramenti effectum præcipuum, non impedit, ut eſt communis Theologorum aſſenſus: c peccatum enim veniale nequaquam opponitur gratiæ: & ex alia parte, non obligantur fideles ad procurandum omnem effectum, quem cauſſare poteſt Euchariſtia, nec ad omnem excogitabilem reverentiam, quam religioſa pietas poteſt exhibere: ſi enim ad hoc obligarentur; peccaret venialiter fidelis, niſi cum omnibus actibus, quos moraliter poteſt, ſeſe diſponeret: non igitur obligatur ſe diſponere, omne veniale removendo.

10 Suarez, *d* quem ſequitur De Lugo, *e* putat eſſe veniale, niſi quando in peccatis habitualibus excuſetur quis, quòd non poſſet ſe facilè recolligere, venialeque deteſtari. Ratio præcipua, quam hic inculcat De Lugo, eſt, quia irreverentia cenſenda

c *Suar. de Euc. diſp. 63. ſect. 3.*

d *Su. diſp. 66. ſec. 1. §. dicendum in primis.*

e *De Lugo de Euch. d 14. ſec. 2. n. 31.*

da eſt, cum ejuſmodi maculis, quamvis levibus, quaſi cum veſte nuptiali aliquantulum ſordida, tanto convivio intereſſe.

11 Verum enim verò cum certum ſit fideles nequaquam obligari ad omnem excogitabilem reverentiam, ut dictum eſt; deberet probare De Lugo ad hanc ſpecialem reverentiam nullas veniales maculas habendi, obligari fideles: quod Vaſquez, ſpectata hominum fragilitate, venialiumque peccatorum tenuitate, negabit. Utraque igitur ſententia probabilitate non caret: quare complectere tutò, quam mavis.

§. 5.

*De Actuali devotione in ſumente Sacram Euchariſtiam.*

12 Quamvis per actualem devotionem aptiùs anima diſponatur, adeoque majorem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

jorem gratiam, uberioremque participet, illaque ſemper ſit optanda, & pro virili parte procuranda; tamen, ſine actuali devotione, dummodò ſit quis in ſtatu gratiæ, ejuſdem augmento ex opere operato non fruſtrabitur: *a* unde ſequitur minimè peccare, ne venialiter quidem, eum, qui illa actuali devotione carens, ritè communicat.

13 Non quod concedamus de induſtria diſtractum ad profana negotia communicantem immunem fieri à peccato veniali: ſiquidem ab eo illum liberare non poſſumus, idque ob defectum reverentiæ debitæ: Chriſtum enim Dominum hoſpitem recipi ab anima omnia alia de induſtria, præter ipſum, vel ad ipſum ſpectantia, cogitante, irreverentia eſt. Sed dicimus actuali illa devotione, ſaltem involuntariè carentem, non fruſtrari augmento gratiæ ex vi Sacramen-

a *S. Th. 3. p. q 79. art 8. in corpore & ad primũ, quem ſequitur Suarez, Vaſ alii. V. Hurt. de Euch. d.8. diff. 3.*

ti, nec ex hoc capite, venialiter delinquere.

14 Dices paulo antè, tanquam probabile, conceſsimus; non eſſe peccatum veniale accedere ad Euchariſtiam cum actuali peccato veniali comitanter: ergo multo magis erit probabile, non eſſe veniale, accedere cum voluntaria diſtractione, quæ frequentiſsimè de materia ſolet eſſe indifferenti. Reſpondeo ſupra diximus non eſſe veniale cum affectu ad veniale communicare, ad quem affectum non eſt neceſſe, ut actu quis, dum communicat, ad objectum illius peccati venialis cogitationem defigat, ut per ſe patet. Inſuper ibi diximus, quòd communicaturus, non neceſſariò, ſub pœna venialis, veniale excludere obligatur: quia veniale non opponitur gratiæ: & quia, ſtante humana fragilitate, non probatur ab adverſariis hanc pe-

culiarem reverentiam excludendi affectum ad venialia, omninò requiri à communicaturo: at nunc docemus omnem diſtractionem voluntariam eſſe ſub pœna venialis excludendam: & inde id probamus, quia irreverentiam clare olet, recipi Chriſtum Dominum, tamquam hoſpitem, ab anima voluntariè alia tractante: quare hæc diſtractio voluntaria videtur immediatè attingere Chriſti perſonam, ut ad te venientem: ille autem affectus ad veniale non item.

## §. 6.

### *De Confeſſione præmittenda Communioni.*

15 SIve ſit præceptum humanum Eccleſiaſticum, ut tenet Io Medina, *a* & Navarrus, *b* ſive divinum, ut alii *c* communiter meritò tenent; certum eſt ex Tridentino, *d* debere, ſub

a *Jo. Medina Codice de conf. q. 17.*
b *Navar. in initiū de pœnit. diſt. 5. in 3. p. Gloſſ. n. 31. & 32.*
c *Suarez, Vaſq. aliique apud De Lugo diſp. de Euch. 14. ſec. 4. n. 69.*
d *Trid. ſeſſ. 13. cap. 17. & can. 11.*

mortali

mortali obligatione , ante ſumptionem Euchariſtiæ fieri confeſsionem omnium peccatorum, etiam ab eo qui putat ſe eſſe perfectè contritum: ſic enim habent Tridentini Concilii verba. Nullus ſibi conſcius mortalis peccati , quantumvis ſibi contritus videatur , abſque præmiſſa Sacramentali confeſsione, ad Sacram Euchariſtiam accedere audeat.

16 Sed quoniam idem Concilium ſic paulo poſt, e addit: [*Modo non deſit copia confeſſoris : quòd ſi, neceſſitate urgente, Sacerdos abſque prævia confeſſione celebraverit, quamprimum confiteatur*] ideò dantur caſus, in quibus fideles excuſantur ab hujuſmodi confeſsione præmittenda , modò præmittant actum perfectæ contritionis, ſaltem exiſtimatæ, ſi conſcientia peccati mortalis graventur: ut nimirum ſic ſtatum gratiæ Euchariſtiam recipient

e *Dicto c. 7.*

cipient

cipienti omninò neceſſarium, ut ſupra f diximus, quantùm poſſunt, acquirere conentur.

f §. 1.

17 Vt autem hi caſus ante oculos ponantur, tres illæ Tridentini clauſulæ ſunt nobis explicandæ, ſigillatim. Primò illa, modò non deſit copia confeſſoris. Secundò, urgente neceſsitate. Tertiò quamprimum confiteatur. Hæc enim tria ſimul concurrentia ſunt omninò neceſſaria, ut cum ſola contritione communices: Defectus confeſſarii, urgens neceſsitas, & voluntas quamprimum confitendi. Initium faciamus à primo.

*Modo non deſit copia Confeſſoris.*

18 SI adſit Sacerdos mutus, vel carens juriſdictione, vel nolens audire, vel aliter impeditus; dicitur deeſſe copia confeſſoris Huc reducitur quando

do

do Religioſus habet caſum reſervatum, & Superior ſemel, & iterum requiſitus negat pio confeſſario licentiam, ut illum ab eo abſolvat: ſive quia Superior vult, ut pœnitens ſibi præſentetur: ſive quia vult, ut petat per alium, cui ipſe Superior magis confidit Docet enim *a* Fagundez quòd in tali caſu dicitur huic Religioſo deeſſe copia confeſſoris. Ratio eſſe poteſt, quia dum eam licentiam petit per pium confeſſarium, & eſt rationabilis cauſa non confitendi illi, quem Superior aſsignat; facit quantum moraliter obligatur: quare ſi non obtinet; perinde eſt, ac ſi abeſſet confeſſor potens abſolvere. De hoc iterum redibit ſermo num. 28. Item ſi times grave malum, vel revelationem Sigilli ab hoc & alius abſit; dicitur abeſſe confeſſarius: ſed in hoc eventu debes, alia mortalia, ſi ea habes, confi-

a *Fagund. 3. Eccl. præcept. l. 3. c. 9. n. 17. & 23 in edit. Lugdun. 1626 citans D. Th. Henriq Rodr. Sotum, Silveſt. alioſque.*

teri

teri, iis omiſsis, propter quæ malum illud times. *b* Sola devotio confitendi cum altero abſente, vel ſi tibi adſit privilegiatus, & abſit tuus parochus, non ſufficit, *c* ut dicatur deeſſe confeſſor. Mora differendi confeſsionem an ſufficiat, vide mox n. 24.

19 Præterea ſi diſtet confeſſarius tribus à te milliaribus; Cano ſentit, quòd deſit: Alii ſentiunt quòd etiam tunc, ſi non ſingulis diebus, ſaltem aliquoties, eſſet adeundus. Melius Suarez *d* & Vaſquez docent hoc eſſe relinquendum arbitrio prudentis, cùm dependeat à circumſtantiis perſonæ, temporis, difficultatis itineris, &c.

20 Denique illud hic difficile eſt, & controverſum: Quomodo, ſcilicet, qui habet caſum reſervatum, ſi ſolùm adſit confeſſarius potens abſolvere à non reſervatis, urgente neceſsitate, ſe gerere debeat. Tres ſunt ſententiæ,

b *De Lug. diſp 24. de Euch. ſec. 5. n. 82*

c *De Lug. ib. n. 106. ibique Suarez & Vaſq.*

d *Suar. & Vaſ. apud eund. De Lug. n. 83.*

tentiæ. Prima Suarii, *e* docentis eſſe probabilius te debere confiteri tum mortalia reſervata tum non reſervata inferiori: nam directè lucraberis abſolutionem non reſervatorum, reſervatorum verò indirectè. Dicit (mortalia) nam ſi præter mortalia reſervata, ſolis venialibus graveris; certum eſt apud omnes, te tunc ad confeſsionem non obligari: quia pro reſervatis non adeſt confeſſarius legitimus, pro venialibus confeſsione non indiges. Potes tamen, *f* ſi velis, idque, etiam ſimplici Sacerdoti nullam habenti approbationem, confiteri: ut ſcilicet, dum abſolveris directè à venialibus (hæc enim abſolvere quilibet Sacerdos poteſt) indirectè *g* à reſervatis abſolvaris. Quæ ſanè doctrina juvabit etiam univerſaliter illos, qui quibuſcunque mortalibus gravati, valde difficilem experiuntur contritionis

e *Suarez diſp.* 66. *de Euch. ſect.* 4 §. *Quartus caſus.*

f *Coninch Euchar. diſp.* 80. *n.* 20. & 21 *juncta diſp.* 8. *de pœnit. n.* 107.

g *Id non eſſe cont. Trid probat De Lugo de Euchar. diſp.* 14. *ſect.* 5. *n.* 9.

actum:

actum: poterunt enim, immo tenentur *h* quando eis legitimus cõfeſſor deeſt, & cõmunicare ex neceſsitate urgente volunt, ritè de venialibus, & mortalibus attriti, ſimili ſimplici Sacerdoti ea confiteri. Dixi (ritè de venialibus, & mortalibus attriti) ſi enim occurreret, quod aliquis, attritus quidem de mortalibus, & nullo modo de venialibus, ſic confiteretur, invalidè confiteretur, & ſacrilegè: nam non accederet diſpoſitus ad Sacramentum: ſi enim nullam haberet de venialibus ſufficientem attritionem; de illis validè non abſolveretur directè: unde nec indirectè de mortalibus. Lege quæ mox dicam in fine n. 22.

h *Coninck de Euch. q 8. n. 20. & diſp. 8. de pœnit. n. 106.*

21 Secunda ſententia eſt Vaſquez *i* prædictæ Suarii ſententiæ admodum contraria. Docet enim illum poſſe quidem communicare cum ſola contritione:

i *Vaſq. de Euchar. diſp. 206. c. 2. n. 7.*

non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non tamen poſſe confiteri inferiori, quamvis habeat peccata non reſervata. Ratio eſt (inquit) quia inferior non poteſt abſolvere validè à non reſervatis illum, qui ſimul reſervata confitetur: ſiquidem nec abſolutio, nec cõfeſsio dividi poteſt. Adde, quòd ſequeretur poſſe confiteri ſola non reſervata ſubticendo reſervata, quod negabat Suar. Quod autem hoc ſequeretur patet: quorſum enim hic pœnitens dicat reſervata illi, qui eorum judex nec eſt, nec eſſe legitimè poteſt?

*& to 4. q.91 ar 3. du.9. Favent. Jo. Sanch. in ſelect d.32 n.10. & Præpoſitus.3.p. q.80. de Euc. n 17 Hurt de pæn.d.11. diff.14.*

22 Tertia ſententia, eſt Ioannis De Lugo, *k* qui probabilius putat, te teneri quidem confiteri mortalia non reſervata, inferiori, non verò confiteri mortalia reſervata. Ratio prioris dicti eſt, quia tenemur præmittere confeſsionem peccatorum integram, quantum poſſu-

k *De Lugo de Euchar d* 14 *ſect.*5.*ib. n* 98.

poſſumus: at nunc illa non reſervata confiteri, poſſumus. Nec tamen dimidiamus confeſsionem formaliter, ſicuti non dimidiat confeſsionem is, qui tacet peccatum Confeſſario, propter grave nocumentum, quod ſibi timet, cætera autem rite confitetur. Ratio poſterioris eſt illa eadem, quæ modò dicebatur, contra Suarium: Ad quid enim peccata reſervata huic aperis, qui nullam in illa exercere Iuriſdictionem poteſt? Atque ex hoc ſequitur, *l* quòd potes in prædicta neceſsitate (nam extra hanc, quia non valet dimidiari confeſſio, non potes) ſimplici Sacerdoti fateri venialia, tacendo mortalia reſervata & (ob parem rationem) etiam non reſervata, à quibus abſolvere talis Sacerdos directè non poteſt: nam ſic indirectè à mortalibus abſolveris. Quod eſt quid commodius, quàm illud, quod diximus in fine

l *Ibid. n.* 98.

fine n.20. ubi ſimplici Sacerdoti omnia mortalia erant aperiẽda.

23. Quòd ſi objicias: Qui habet peccata reſervata, & non reſervata, non poteſt, ex communiſsima opinione, confiteri non reſervata Inferiori, & reſervata ſervare pro Superiore: de qua re nos etiam ſuo *m* loco diximus, quia non poteſt dimidiari confeſsio: ergo nec poterit in caſu noſtro. Reſpondet doctrinam antecedentis veram eſſe in habente copiam Superioris? quia certum eſt non poſſe dimidiari confeſsionem, ſine neceſsitate: at in caſu noſtro neceſsitas urget, de quo caſu neceſsitatis tota hæc præſens diſputatio tractat.

m *In Methodo confeſſionis l.2.c.10. §.1.n.27*

24 Confirmari id poteſt, quia non ignobiles authores. *n* Sentiunt, quòd Sacerdos, vel alius copiam Superioris non habens, poteſt cum Inferiori confiteri, ſubticendo, reſervata ob id ſo-

n *Suarez to.4.* 1. *de pœni. diſ.* 25. *ſect.*2. *n.*7. *Gra-*

lum

lum, ne multùm differat Confeſsionem, vel Communionem: ſiquidem longa mora (inquiũt) eſt graviſsima neceſsitas : tum quia eſt periculum moriendi in peccato : tum quia diu privari Dei amicitia eſt inæſtimabile detrimentum. Advertunt tamen non ſufficere ſi ſolùm per unum, vel alterum diem differri oporteat, licet ſufficere inclinet Mendoza, o quia una etiam nocte eſt periculum moriendi: ſed non placet: quia etiam in una hora eſt tale periculum. Si hoc igitur nõ eſt dimidiare cõfeſsionẽ formaliter; nec erit in caſu noſtro.

*nado in 3. p. contr. 7 tr. 9 d. 5. ſect 3 n. 22. apud Summam Dianæ V. celebrare Miſſam n. 4.*

*o Mend. 22. d. 84. ſect. 7. §. 190.*

25 Hæ tres ſententiæ omnes ſunt probabiles: quæ tibi commodior cadet, eam amplectitor: ſemper, ut certum eſt, cum onere ſubdendi peccata non dum directè abſoluta Confeſſario potenti ea directè abſolvere, quando illius aderit tibi copia. Verum ad complementum hu-

jus difficultatis aliquid de ha-
bente excommunicationem ad-
jungamus.

26 Qui habet excommunica-
tionem ſive reſervatam, ſive non
reſervatam nec habet copiam
potentis illam abſolvere, urgen-
te neceſsitate, (qualem ſine du-
bio reſpectu excommunicati di-
cemus num 44. eſſe, ſi inſtet pe-
riculum gravis infamiæ) ſemel
aut bis, celebrare, atque adeò
communicare poſſe, cum con-
tritione, & tremore concedit
Henriquez. *p* Alii tamen *q*
communiter docent, ſemper,
urgente neceſsitate, excommu-
nicatum cum contritione com-
municare poſſe: atque, etiam ſi
ſit Sacerdos, ſine metu inciden-
di in ſuſpenſionem, vel irregula-
ritatem, poſſe celebrare. Ratio
eſt: quia præceptum Eccleſiæ,
quæ cenſuram imponit, non ob-
ligat cum tanto detrimento, u
ſunt omnia præcepta humana.

*p Henriq. lib.* 8. *de Euc. c* 47

q *Suar. de Pœn d.*31 *ſect* 3 *n.*6 *Coninch diſp.* 8. *n.* 107. *alios referētes.*

27 Se

27 Sed hic ſuboritur quæſtio. An hic excommunicatus, ſicuti poteſt contritus communicare, ſic poſsit confiteri non reſervata; ut ab illis directè abſolvatur, & indirectè à reſervatis: cum tamen ſemper, ut certum eſt, remaneat excõmunicatus, quia ſupponimus non adeſſe confeſſarium potentem liberare pœnitentem à prædicta cenſura. Negat Vaſquez *r* quia excommunicatus, non præmiſſa abſolutione à cenſura, non poteſt validè ab ullo peccato abſolvi. Concedũt Suarez, *ſ* & Sanchez, *t* quia putant contrarium: hoc eſt, poſſe validè abſolvi. Vtrumque probabile.

Id, quod diximus de habente excommunicationem, dicendum etiam eſt de ſuſpenſo, vel irregulari: urgente enim ſimili neceſsitate, poſſunt celebrare, *u* propter eandem rationem; quia nimirum hæc ſimiliter ſunt im-

r *Vaſq de pœ. q. 109. a. 3. dub. 9 n 8*

ſ *Suar. de pœn. d. 31 ſect. 3. n. 1*

t *Sanc. l 2 in Decal. c. 8 n. 5.*

u *Hurt. de Euch. d ſp. 9.*

pedimenta inducta à legibus Eccleſiaſticis, quæ in eo caſu neceſsitatis non obligant.

*diſt. 17. Avila 2. p. c 8. alios citãs. Laym. l. 3. ſec. 5. tr. 3 p. 3. c. 12. n. 6.*

28 Petes denique, ille Religioſus, de quo num. 18. meminimus, ſi, modo ibi dicto, non obtinet à Superiore per pium illum Confeſſarium licentiam, ut abſolvatur à caſu, vel excommunicatione reſervata, poteſt ne (ſi inſtet infamia, ni communicet) confiteri, & abſolvi directè à prædicto pio Confeſſario, vel alio inferiori? Reſpondeo: poſſe inclinat Fagundez, x ex præſumpta licentia Generalis, vel Papæ. Mihi id difficilè videtur, quia rationes, quas affert, quaſque latè diſcutere non eſt noſtri inſtituti, non ſunt tanti ponderis, ut vincant illam efficaciſſimam, nempè quòd talis inferior, actu caret juriſdictione in illa reſervata Et dum Generalis, vel Papa ratam ſemper habent talem reſervationem: non

*x Fagun. 3 Eccl. præcept. l. 3. c 9. n 17. in prædicta impr. Lugd.*

non videntur præſumi eam velle tollere independenter à Superiore, cui reſervarunt: & propterea fortaſſe in ſequenti editione deleta fuit illa doctrina Fagundez. Ille igitur Religioſus in eo caſu, vel ſe conterat, & communicet: vel, juxtà ſententias ſupra allatas, confiteatur ita, ut directè abſolvatur à non reſervatis, & indirectè à reſervatis, ſemper cum onere ſubdendi clavibus non dum directè, abſoluta, ut dixi num. 25.

*Urgente neceſsitate.*

29 IN tripli caſu Doctores *a* communiter conveniunt, in hac re, adeſſe urgentem neceſsitatem. Primò quando inſtat alicui mors: hic enim, ſi non poteſt abſolutionem Sacramentalem obtinere; præmiſſa contritione, poteſt communicare.

*a Lege de Lugo de Euc d. 14. ſect. 5. n. 107.*

30 Secundò poteſt item Sacerdos carens copia Confeſſarii cum contritione celebrare, atque adeo communicare, ad dandum viaticum alteri, qui exiſtit in periculo mortis, ſi fortè, aliunde non ſuppetant particulæ conſecratæ.

31 Tertiò poteſt eadem facultate uti is, qui incurreret infamiam, aut detrimentum niſi communicaret. Ratio horum eſt, quia, quæ neceſsitates ſunt, ſi hæ non ſunt?

Jam verò quo ad primum nihil eſt quod addere prætereà oporteat.

32 Quo ad ſecundum, advertat curioſus ſolutionem cujuſdam objectionis. Cur enim poſsit omitti confeſsio à Sacerdote ad dandum viaticum: non poſsit autem ab eodem. ex receptiſsima opinione, propter eandem cauſſam dandi viatici, celebrari ſine veſtibus ſacris, vel ſine utraque

utraque ſpecie, vel, ut multi tenent (de qua re infra c.2. §.8.) à non jejuno ? & tamen hæc ſunt præcepta Eccleſiaſtica: illud, de præmittenda confeſsione ante communionem, participat de Divino: Reſpondeo negando adeſſe præceptum vel divinum, vel humanum, vel alio modo, urgente neceſsitate, ut patet ex citato Tridentino benè perpenſo. At, cætera illa præcepta Eccleſiaſtica cum tanto rigore ſunt impoſita, non autem cum eodem illud de præmittenda confeſsione ante communionem: quia in communione compenſatur ſatis ſuperque reverentia Chriſto debita per contritionem, per quam anima ſtatum gratiæ recuperat: at in illis aliis caſibus, Eccleſia ita judicante, non eſt unde reverentia compenſetur. Hæc reſponſio videtur expeditior, quàm eæ, quas aliqui hic conantur afferre. b

b *Lege de Lug. d. de Euch.* 14. *ſect* 5. *à n.*108.

33 Quo ad tertium caſum, in quo ſunt duo capita, infamia, & detrimentum ut magis explicetur, hæc habe.

Primo *c* poteſt Sacerdos, præmiſſa contritione, ſine confeſſione, ſi abſit confeſſor, celebrare, quando miſſæ ſacrificium omittere, ſine infamiæ nota, non poteſt.

*c Henriq. l 8. c. 46. n. 3.*

Quod idem eſt de Laico, vel Religioſo, quibus, juxtà ſupradicta, deeſt copia Confeſſoris, ſi pari modo non poſſent abſque nota à communione ceſſare. Hinc ſi quis ad altare ante linteum communicaturus mortalis peccati commiſsi poſt legitimam confeſsionem recordetur (quando ex eodem Henriquez non debet à Sacerdote communicante audiri) ſi recedendo timet notam infamiæ, quam, ſi coram aliis communicet, moraliter ſemper timere meritò poteſt, ut docet Villalobos, *d* ſe ſe conterere

*d Villal. in Manuali c. 12 n. 4 circa med.*

terere poterit, atque communicare Quod ſi ejuſmodi peccatum, cujus tunc recordatur, ſit ex commiſsis ante legitimam confeſsionem , atque adeo indirectè abſolutum, dicam infra § 8.

34 Secundò idem dic de Sacerdote, qui *e* recordetur ſe eſſe in peccato mortali, vel dum veſtitur ſacris veſtibus , vel dum celebrat ſive ante conſecrationem, ſive poſt ; ſemper enim pari modo Si divertere minus poteſt, ut certè ſi incepit *f* miſſam, nunquam ſaltem propter reverentiam Sacrificii, poteſt divertere ad quærendum Confeſſorem; ſe conterat, ac Sacrificium incipiat, vel proſequatur. At ſi poſſet (ut in miſſa Sollenni dum fit concio, vel cantatur gloria) breviter cum ſuo Diacono v. g. qui eſſet Sacerdos Confeſſarius confiteri; deberet utique : *g* quia tunc ceſſat excuſatio ducta , vel

e *De Lug. ex Vaſq. de Euch. diſp. 14. ſect. 5. n. 113.*

f *Henriq. lib. 8. c. 46. n. 3.*

g *Laym. l. 5. tr. 4. c. 6. n. 5.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel ab infamia, vel ab irreverentia.

35 Quòd ſi in prædictis caſibus recordetur Sacerdos ſe eſſe excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, irregulàrem, idem dicendum eſt: ſive recordetur poſt conſecrationem, quod communiter admittitur, ſive ante, quod multi probabiliſsimè concedunt: & rectè Sanctus Bonaventura h obſervat inchoatam miſſam ſemper eſſe perficiendam: quia ferè nunquam omitti ſolet ſine ſcandalo, hoc eſt ſine nota, adde, & ſine irreverentia.

36 Alium caſum ponit Zambranus, i in quo utimur hac doctrina, propter notam, vel infamiam. Etenim, ſi vocetur Sacerdos ad communicandum infirmum, qui dicat ſe velle reconciliari, inveniaturque pluries Sacramentum Pœnitentiæ invalidè ſuſcepiſſe, vel quid ſimile; unde confeſſarius brevi illum expe-

*h S. Bon. apud Bonac. de Euc. d 4. q. 6. p 1. n. 15. & 16 & apud Coninch de Euch. q 8. art 3. dub 2. n 16.*

*i Zambr. de Sacr. pœn c. 4. dub 6. n. 6 & 7.*

expedire, atque abſolvere non valeat, quid agendum? Enim verò, ſi ægritudo eo periculi pervenerit, ut mors jure timeatur; præmittenda eſt confeſsio breviuſcula, cumque accuſatione generali abſolvatur, communiceturque infirmus hac lege, ut promittat ſe vocaturum confeſſarium cum quo confeſsionem perficiat. Quod ſi morbus non id periculi afferat, nec per illam breviorem confeſsio abſolvi queat; non eſt præmittenda confeſsio, ſed cum contritione, parique dicta promiſsione accerſendi Confeſſarium, cõmunicetur Ratio prioris dicti eſt, quia ſic evitantur incommoda, dum infirmo non negatur cõmunio: ceſſat infamiæ nota: præmittiturq; confeſsio, tunc, moraliter poſsibilis. Ratio poſterioris eſt, quia ex una parte non eſt neceſſitas præproperæ, vel dimidiatæ confeſsionis, & ex alia ſcandalũ

ſeu

ſeu infamia vitatur. Hæc probabiliter ex Zambrano.

37 Quod dictum eſt de infirmo; extendit Granado, *l* ad quemlibet communicare, atque adeo celebrare volentem. Si enim non poteſt omitti communio, ſine ſcandalo, & aliunde ſit neceſsitas confeſsionis adeo longæ, ut tunc perfici non poſſit; poſſet pœnitens communicare præmiſſa contritione. Immo probabile judicat, ſi contritio, propter ejus difficultates timeretur non elicienda; poſſe attritum confeſsionem dimidiatam præmittere, cum onere proſequendi poſtea confeſsionem, & abſolvi, ac communicari. Id, quod, propter paritatem rationis, erit etiam probabile pro infirmo modo dicto in fine numeri præcedentis, & confirmari poterit ex dictis numero 20. & 22.

*l Granad. in 3. p. contr. 7. diſput. 5. ſec. 3. n. 20.*

38 Hæc pertinent ad caput infa-

infamiæ. Sequuntur ea, quæ pertinent ad detrimentum, ſive ſpirituale ſive temporale.

Tertiò igitur ut in die Feſto alii miſſam audiant, ſive parochus, ſive non parochus poteſt cum contritione, ſi deſit Confeſſor, celebrare; idemque erit, ut ipſemet Sacerdos ſatisfaciat præcepto de audiendo ſacro. Ratio eſt, quia Eccleſia pia mater, & Dominus miſericors pater noſter, non judicantur velle eos privare bono ſacrificii miſſæ, eo die, quo ipſa ſub obligatione præcipitur. Nam quamvis opinio contraria ſit probabilior: quia non apparet in relinquente tunc miſſam notabile damnum, & aliunde præceptum de audienda miſſa non obligat, niſi debito modo; hæc tamen, ſaltem propter authoritatem extrinſecam doctorum eam approbantium, *m* probabilis eſt. Non obligatur autem in tali caſu Sacerdos

m *De Lugo diſp.* 14 *de Euch. Ѕect.* 5. *num.* 114. *Fagund.* 3 *præcept. l* 3. *c* 9. *n* 5

cerdos ille celebrare: quia po-
teſt tenere prædictam opinio-
nem, quòd non poſsit: ſicuti in
ſimili dicemus n. 42.

39 Quid de aliis, qui cele-
brant ex onere capellaniæ, vel
ex indigentia eleemoſynæ ad
ſui neceſsitatem, & ſuſtentatio-
nem? Aliqui *n* ad hos etiam ex-
tendunt hanc facultatem cele-
brandi ſine confeſsione, cum
contritione, ſi deſit Confeſſor,
etiam ceſſante notæ periculo:
quia judicatur adeſſe ſufficiens
neceſsitas. Advertit tamen Bo-
nacina id eſſe cum grano ſalis in-
telligendum: nec tanta licentia
facile concedenda ſit: quia one-
ra Capellaniæ intelliguntur da-
ta ſub debita decentia, & poterit
illis melius poſteà, vel per ſe, in
ſtatu gratiæ, vel per alium ſatis-
fieri: tum quia poterit aliunde
Sacerdos ſibi de alimentis pro-
videre. Hæc ille. Ego ſanè in
habente onera miſſarum ſuffi-
cien-

*n Bonac. diſp. 4. de Sacr. q. 6. p. 1. n. 23.*

cientem neceſsitatem non agnoſco: in Sacerdote inope, tum demum agnoſcerem; cùm ageretur de extrema, vel certè multum gravi neceſsitate,

40 Vt obſervet quis præceptum communionis Paſchalis, uti poteſt prædicta o facultate: quia ſufficiens neceſsitas judicanda eſt, ſaltem ſemel in anno, Divino illo cibo nutriri, ac refici, & ſine controverſia major, quam miſſæ intereſſe die feſtivo.

41 Sed age jam, ſi poteſt debet ne? Ex doctrina Doctorum p ſequitur debere: in tantum enim excuſaretur ab obſervando præcepto Communionis; quia licitè non poſſet: ſed jam poteſt: ergo non excuſatur. Ex alio capite, ſi eo obligaremus ad illum habendam contritionem, quæ ſatis difficilis eſt, nec imponẽda nova onera fidelibus, ſine evidentibus rationibus, ſunt Propterea judico non eſſe improbabile, tunc

o *Henriq. l. 8. de Euc. c 46 n. 4. Coninck disp. 80. de Euch. n. 17.*

p *Vide in ſimili Ludov à cruce in expoſit. Bull. Cruc. d. 1 dub. 4 à n. 5.*

poſſe quidem, ſed nequaquam obligari.

q *Suarez apud De Lugo diſ. 14 de Euc. ſec. 5 n 116.*

42 Adde, quòd Suarez q tenet probabilius eſſe, quòd non poſsit, ne dum, quòd non debeat: quia lex, inquit, non obligat ad Communionem niſi quando debito, legitimoq; modo haberi poteſt. Quę quidem opinio, cùm ſit tanti viri, & tam bona ratione firmata, probabilis eſt. Quare quilibet, & multo magis ille, cui difficilis res eſt ſe ipſe conterere, ſequi poterit hanc Suarii opinionem, & à Communione ſe continere: ſicuti in ſimili diximus num. 38.

43 Denique, quid dicendum ut obſervet quis votum, aut præceptum merè humanum?

r *De Lugo ib. n 127.*

Dico non poſſe r ex hoc ſolo capite. Ratio eſt, quia vota, vel præcepta merè humana non niſi de rebus intelliguntur, quæ modo debito, legitimoque poſſunt impleri. Adde in his non adeſſe

necſ

neceſsitatem illam, quam ſpectavit Eccleſia in Communione Paſchatis: ſpectavit enim neceſſitatem cibi, alimentique ſpiritualis, non cujuſcunque; ſed ejus, de quo Chriſtus Dominus cum tanto rigore dixit: Niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitã in vobis. Nam propterea nos modò notanter addidimus illam vocem (merè humana) & ſimiliter præceptum de audienda miſſa, ex probabiliore ſententia, non afferre tantam neceſsitatem judicavimus ſupra num. 38

44 Petes hæ neceſsitates, ſunt ne etiam reſpectu excommunicationis. Reſpondeo ſ Coninchius ſentit majorem neceſsitatem requiri ad communicandũ in excõmunicato, quàm in mero peccatore: quia Eccleſia expreſsè excõmunicatum arcet à communione. At verò Vaſq. t dicit ſe non invenire differentiam:

ſ *Coninck de pœn. diſp* 8. *n.* 107.

t *Vaſq de Euchar.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*diſp. 208. c 3. n. 13. quem ſequitur De Lugo de Euch. diſp. 14. ſect. 5. n. 104.*

immò ſi qua eſſet, majus impedimentum afferre peccatum, quod inducit impedimentum de jure divino, quàm afferat excommunicatio, quæ de jure Eccleſiaſtico, Dico in hanc ſententiam. Eccleſia prohibet excommunicato ne communicet, nec celebret. Quando ergo talis prohibitio non obligat; poterit communicare, vel celebrare: quando obligat; non poterit. Quoniam igitur quando inſtat grave nocumentum (quale ſine dubio in omnium ſententia eſt inſtans mors, gravis infamia, & miſſa inchoata) poterit celebrare; vel communicare, deficiente confeſſario, cum contritione. At quia in aliis caſibus, præter hos tres dictos, non apparet regulariter grave damnum, tale quod excommunicatum eximat à prohibitione communicandi, vel celebrandi; ideo nequaquam poterit.

Quan

*Quam primum confiteatur.*

45 QVi, urgente neceſsitate, elicito contritionis actu, ſine confeſsione communicavit; exploratum, certumque eſt ſuo tempore, hoc eſt regulariter, vel ante aliam communionem, vel quando urgebit neceſsitas implendi præceptum de annua confeſsione, habita copia confeſſoris, debere ſua peccata mortalia ſubdere clavibus. At quia loquens Concilium de communicante ſine confeſsione urgente neceſsitate; addit: Confeſsionē Sacramentalem quamprimum poſtea eſſe faciendam; ideo id nunc explicandum erit.

46 Et primò quidem; hoc ſive præceptum, ſive conſilium, non extendi ad laicos, imò nec ad Sacerdotes extra Miſſam communicantes, a certum ſit. Ratio eſt, quia Concilium cum uni-

a *Suar de Euchar.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*diſp. 66. ſec. 7 Vaſ. de Euch. diſp. 208. c 3. n. 23. Jo. Sancez in Sel. d 32 n. 12.*

univerſaliter in præcedentibus, pro omnibus fidelibus, locutum fuerit; deinde ſubdit in hanc ſententiam: Quod ſi neceſsitate urgente Sacerdos, abſque prævia confeſsione, celebraverit, quàm primum confiteatur. Nota illud (Sacerdos) & illud (celebraverit.) Ratio etiam exiſtit congrua: ſiquidem majus periculum indignè accedendi ſubeſt in Sacerdotibus, qui quotidie celebrare ſolent, quàm in cæteris.

47 Deinde, eſt ne id præceptum latum à Tridentino, an conſilium, dumtaxat? ſi prius; Sacerdos quamprimum non confitendo, peccabit: ſi poſterius; non item.

Theologi communiter (præter duos, vel tres mox adducendos num. 48) Suarez, Vaſquez, Reginaldus, Coninch, Filliuccius, Hurtadus, Bonacina, quos

Io. San-

Io Sancius, *b* ſequitur, citatque: quibus adde Caſtropalaum, *c* ac De Lugo, *d* aſſerunt eſſe præceptum ſub mortali. Et de Lugo quidem id confirmat duabus rationibus. Primò quia in hoc ſenſu precepti videtur hæc Concilii verba explicari in Regulis Miſſalis Romani: in quo, pro illis verbis (quamprimum confiteatur) ponuntur hæc (quamprimum debet confiteri) illud autem (debet clariùs (inquit De Lugo) exprimit obligationem. Secundò quia ſi ea Concilii verba præceptum non continent; idem eſſet dicendum de pleriſque præceptis, quæ ab eodem Tridentino in decretis de reformatione, per ſimilia verba, ponuntur. Immo, non aliis verbis impoſitum fuit præceptum annuæ confeſsionis, *e* niſi per illa: ſemel in anno confiteatur. Hæc ille.

b *Io Sancius in Select. d. 32. n. 12*

c *Caſtrop. de legib. diſp. 1 p. 9 n. 3. fine.*

d *De Lugo de Euch. diſp. 14. ſec. 7 init.*

48 Nihilominus aliqui non

e *Cap omnis utriuſque ſexus de pœni. & remiſſ.*

agnoſcunt in his verbis præce-ptum obligans, ſed ſolùm conſi-lium pium, piamque adhorta-tionem: & ad ſummum, ſi eſt præceptum; eſſe ſolùm putant, ſub veniali. Ita tenet Petrus Le-desma *f* & Henricus Villalo-bos, *g* quibus poſſem libenter addere Stephanum Fagundez, *h* qui, quamvis in his Concilii verbis obligationem noſcat; ta-men illam particulam (quam-primùm) ita intelligit; ut dicat, Sacerdotem poſtea poſſe confi-teri, quando voluerit iterum ce-lebrare, etiam ſi id fuerit poſt duos, vel tres menſes: parem-que in hoc facit Sacerdotem cum Laicis: utrique enim ante novam Communionem præmit-tere Confeſsionem debent. Me-ritò ergo connumerare hunc authorem poſſem inter eos, qui ejuſmodi præceptum, non ag-noſcunt cùm obligationem quam ait ſe agnoſcere ita expli-

cet;

f *Ledeſm. in ſumma de Euch. p.* 1. *c.* 11. *ante* 9. *concluſ.*

g *Villal. in ſumma p.* 1. *tr.* 7. *& in Manual. c.* 4. *n* 24. *circa finem.*

h *Fagun. præc. Eccleſ. tr.* 3 *l* 3 *c.* 8. *n.* 9

cet; ut in praxi vix agnoſcere videatur. Scio à Io. Sancio *i* abſolutè citari Stephanum Fagundez pro ſententia Ledeſmæ, & Villalobos: ſed ſi attentè Stephanum legas; advertes ab ipſo ſupponi quidem præceptum, ſed dicto modo explicari.

i *Jo Sancez diſp. 32. cit. n. 12.*

49 Equidem non poſſum priorem ſententiam agnoſcentem in illis verbis præceptum ſub mortali, non fateri probabilem eſſe: alio tamen, & hanc non agnoſcentem eſſe probabilem.

Primò quia illud imperativum (confiteatur quamprimùm) ſolùm eſſe videtur exhortatio: cum enim potuerit Concilium gravioribus verbis imperium explicantibus: ut v. g. jubemus, præcipimus &c. tamen ab hujuſmodi præcipiendi rigore ſe temperavit. Signum ergo eſt verè non impoſuiſſe preceptum. Adde, quod Doctores quærunt univerſaliter, an verba impera-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tivi modi, & in actu exercito præceptum indicantia, abſolutè prolata, præceptum contineant, qualia ſunt: Facite, cavete, ſolvite, abſtineant omnes, nemo audeat, & his æquipollentia. Et Primò ſunt aliqui, *k* qui putant probabiliter, nequaquam continere præceptum, ſed conſilium. Alii *l* Secundò probabiliter cenſent quidem præceptum continere, ſed ſolùm ſub veniali, non autem ſub mortali. Alii *m* denique Tertiò probabiliter item dicunt, prædicta imperativa verba, tunc ſolùm præceptum indicare ſub mortali, quando ſunt in materia gravi: nec alias opiniones probabiles invenies de hac re. Iam ſi ſequamur primam opinionem; ſanè in re noſtra (confiteatur quamprimum) non inveniemus niſi conſilium. Si ſequamur ſecundam; non erit niſi obligatio ſub veniali. Si ſequamur tertiam; non

*k Caet. Caſtro & Carbo cit. à Caſtrop de legib. d.1. p.9 n.3*

*l Navarr. Sayr. cit. ibi. ab eod.*

*m Th Sā cez quem citat & ſequitur idem Caſtrop. ibid.*

non erit mortale : quia ut probabimus mox n. 54. materia in caſu noſtro, non eſt gravis.

50 Secundò. In caſu dubio, an verba aliqua legis præceptum obligans importent, an conſilium; tanquam regulam certam ponunt Doctores reputanda eſſe conſilia, & non præcepta. Et ratio eſt, quia cùm lex ſit gravis, & oneroſa; ſemper in benigniorem ſubditorum partem eſt intelligenda. Adde, quòd in dubio melior eſt conditio poſsidentis: ergo in dubio, lex ne ſit obligans, an non obligans; melior erit conditio humanæ libertatis, quæ in tali obligatione immunis eſt: ergo obligans non erit Ita Sanchez, *n* Caſtrop *o* aliique. Et generaliter quoties verba legis intelligi poſſunt de obligatione veniali, non debent ad mortale extendi: quia ſemper in dubio, & in pœnis benignior interpretatio facienda eſt

n *Sanch. l.6 in Decal.c.6. n 66.*

o *Caſtrop. d.1. de leg. p. 9. n.1.*

*p* His ex doctrina eorundem, qui in noſtro caſu nobiſcum non ſunt, poſitis, ſic ſubſumo: Illa verba Concilii (quamprimum confiteatur) dubia ſunt, an importent præceptum; an conſilium: ergo conſilium. Rurſus eadem verba poſſunt commodiſsimè intelligi de obligatione veniali: ergo non de mortali.

51 Tertiò quia optabile eſt, ut enixè optat Navarrus, *q* à legiſlatoribus neminem obligari ad peccatum: & juvat tot humanas leges ſub præcepto obligantes diminuere, ne tanto præceptorum multitudine Hebræis pejores efficiamur. Quare hoc, de quo agimus præceptum, etiam diminuere operæ pretiū eſt. Nec Navarri ſolum eſt ejuſmodi deſiderium, ſed S. Auguſtini, ſed S. Thomæ: ecquos autem Doctores, quæ ſapientiæ lumina nomino, cum hoc appello? Audi Sanctum Thomam. *r* In

*p l. interpretatione & l ſi Præſes ff. de pœnis, c. in pœnis de reg. iur. in 6. traditque Sayrus l 3 clavis, c. 7. n. 29 & Sanch. ib. d n. 66.*

*q Navar. in Summa c 23 n. 62 in fine.*

r In quibus quidem legibus humanis, etiam Auguſtinus ſ ait eſſe moderationem attendendam, ne converſatio fidelium oneroſa reddatur. Hæc S. Thomas. Et paulò poſt, tolerabiliorem vocat Iudæorum conditionem, quàm illius Eccleſiæ, in qua legum moderatio non adeſt.

52 Nec obſtant rationes in oppoſitum num. 47. adductæ. Non prima: quia ſcilicet Miſſale Romanum loco illius (quamprimum confiteatur) habet, quamprimum debet confiteri: non obſtat inquam, Primò quia ipſemet De Lugo t in eodem tomo de Euchariſtia ait Miſſalis Romani rubricas, regulas, ſeu diſpoſitiones non obligare ad mortale, niſi aliquod contineant, quod vel ratione materiæ, vel aliunde grave ſit. Secundò quia quamvis u aliqui citandi doceant, per illud verbum (debet) impor-

r *S. Thom. p. 2. q. 107 ar 4. in corp.*

ſ *S. Aug. q. 119. c. 19*

t *De Lug. de Euc. d. 20. ſect. 4. n. 104.*

u *Vaſq & Sanc. ag-*

*ducti à Caſtrop. d.1. de leg. p.9. n.2.*

importari in legibus neceſsitatem præcepti mortalis; tamen aliqui *Aa* negant, & ſolum per illud concedunt importari debitum convenientiæ, & honeſtatis. Secundum hos igitur Doctores, verbum illud (debet confiteri) in Miſſali poſitum, obligationem mortalem minimè denotabit. Sanè, quòd hoc verbum (debet) non indicet grave ſaltem præceptum; inde mihi perſuadeo: quia invenire ſolidum diſcrimen ignoro, cur verbum (oportet) non oſtendat obligationem gravem, ut docent ipſimet Vaſquez, Sanchez, Caſtropalaus *Bb* oſtendat, verò illud verbum (debet) Non ne perinde eſt dicere, oportet quamprimum confiteri, ac debet quamprimum confiteri? Rationabilius ergo, licet minus verè, aliqui *Cc* tum illud (debet) tum illud (oportet) gravem obligationem æquè, importare exiſtimarunt.

Aa *Quos tacito nomine citat idem ibid.*

Bb *Vaſq. & Sanch quos citat ſequiturque Caſtr. de leg. d.1. p.9. n.2.*

Cc *Apud Sà v. lex num 6 & apud Sanc. l.6. in dec. c.4. n.37.*

53 At, inquies, cum adverſariis, *Dd* de levitate verbi (oportet) colligimus ex ſacris literis, & Canonibus. Inſtar omnium ſit illud Danielis 3. non oportet, nos, de hac re, reſpondere tibi: & illud ex diſtinct 4. canon Non liceat: ubi dicitur non oportere Clericos, vel Religioſos prandere ante tertiam Egregiè; nam ego etiam de levitate verbi (debet) colligo, non longius abeam, ex ſequenti diſt. 5. can. Ad ejus: in quo dicitur: Mulier niſi purgationis dies tranſeant, viro ſuo admiſceri non debet: ubi non niſi conſilium, ſeu debitum ejuſdem convenientiæ, & honeſtatis, & non præcepti, ſignificatur, ut ipſemet Sanchez *Ee* cum aliis meritò docet. Rurſus ex diſt 1. cap. Veſtimenta: ubi Pontifex de veſtibus Eccleſiaſticis ſic dicit Quæ neque ab aliis debent contingi, aut ferri niſi à ſacris homi-

Dd *Quos citat ſequiturque Bonac. d* 1 *q* 1. *p* 7. §. 4. *n.* 4.

Ee *Lib* 9. *de matr. d.* 22. *n.* 11.

hominibus. Quem textum expendens Suarez *Ff* ſic habet: Quæ verba aut præceptum non continent, quia illud verbum non debent non videtur in rigore ſignificare obligationem, ſed decentiam quandam: aut non intelliguntur, &c. Et in ſacris quidem literis per idem verbum (debet) convenientiam, decentiamque notari, ſolemne eſt Matth. num. 3. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me! Ioannis 13. & vos debetis alter alterius lavare pedes Tob. 10. Te non debuimus dimittere ire à nobis: & ſimilia paſsim.

Ff *Sanch. de Euc. d. 81. ſect. 8. §. Tertium exemplū.*

54 Neque urget ſecunda ratio, quatenus De Lugo docet illa verba (quam primum confiteatur) non continent præceptum; idem fore dicendum de aliis multis præceptis, quæ ſub hac forma indicuntur: & ſignanter de illo annuæ Confeſsionis, (ſemel in anno confiteatur) non

urget,

urget, inquam, nam cætera præcepta prolata ſub hac forma, ſi gravitatem mortale continent; non eſt ex vi verbi, ſed vel ex materiæ gravitate, vel ex adjuncta pœna, vel ex aliis capitibus: de quibus quomodo ſint ſigna prohibitionis mortalis, diſputatur in tractatione de legibus. Id, quod etiam patet, in ipſo eodem exemplo allato à De Lugo de annua confeſsione: quæ & ex ſe eſt res multum, gravis, & habet adnexam gravem pœnam. Alioquin (ſunt verba citati Canonis. Omnis utriuſque ſexus) & vivens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura. In caſu autem noſtro, nec ulla prorſus additur pœna, neque ejus materia admodum gravis benè perpendenti apparet. Quid enim magni ponderis habet, ut qui, jam cum Contritione, communicavit, atque adeo piè, prudenterque cenſeatur

ſcatur eſſe in ſtatu gratiæ, tam citò ad confeſſarium confugiat, ſolum ut ſubdat clavibus illa peccata, quæ, jam ſive ex contritione, ſive ex Sacramento bona fide ſuſcepto eſſe remiſſa ſupponuntur? Præſtabit id, ſine ullo inconvenienti, ſuo tempore; ſolum autem ex conſilio bono, ſanctoque ſtatim in reverentiam Sacrificii peracti. Id quod indicare dumtaxat rectè voluit Tridentinum. Verum contra noſtrum inſtitutum hactenus aliquantulum ſpatiatos eſſe, ſit ſatis.

55 Demum igitur ſupereſſet hic diſcutiendum, an hoc Tridentini dictum intelligatur de Sacerdote habente copiam Confeſſoris, ſed ex mera malitia, ſine confeſsione, celebrante. Item, an de Sacerdote, qui poſt incœptam miſſam recordatur ſe eſſe in peccato mortali. Præterea an de Sacerdote peccante in-

tra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tra ipſam miſſam: & de aliis ſimilibus caſibus. Ut etiam, ad quod tempus ſe extendat illud (quam primum) ad duos, ad tres, ad pluresne dies? Quæ omnia fusè apud Doctores *Gg* in quæſtionem adducuntur. Sed quoniam nos probabile duximus, hoc non eſſe niſi conſilium; illa quærere ſuperfluum exiſtimamus: uno enim verbo quæſtiones omnes amputavimus: Ad nihil ex obligatione teneris.

*Gg De Lugo de Euc. d.* 14 *ſect.* 7.

§. 7.

*Quando debet elici actus contritionis ab eo ſive laico ſive Sacerdote, qui, urgente neceſſitate ſine confeſſione ad Euchariſtiam accedit.*

56 DE Laico non eſt difficultas: ſatis enim eſt ſi eliciat immediatè ante ipſam ſumptionem: & quia ſumptio, ſeu manducatio ſubſtantialiter

fit

fit cum cibum deglutimus, ſeu trajicimus, non autem dum ille eſt in ore, *a* quando ſolum initiativè eſt ſumptio: ideò probabiliſsimum puto, ſatis eſſe, ſi actus contritionis fiat, dum in ore habetur ſacratiſsima hoſtia. Certum tamen eſt peccare eum, qui, ſine determinatione eliciendi actum contritionis, accedit: eſto deinde mutatus ſe juſtificet. Immo addo eum, qui cum intentione ſe per contritionem juſtificandi intra illam morulam, qua ſacratiſsima hoſtia eſt in ore communicat, difficulter non peccaturum: quia in magnum periculum actum contritionis eo brevi tempore non eliciendi ſe volens conjicit. Uſu tamen erit doctrina dato in aliquo raro caſu, quo receptus in ore Chriſtus Dominus forte ipſo divino tactu peccatricem illam animam illuminare, atque convertere non dedignabitur.

a *De Lug. de Euch. d.12. ſec.2 n.29. Hurtad. de Euch. d 8. diff. 8 initio aliique.*

57 De Sacerdote videtur major aliqua difficultas, ſi poſt inceptam miſſam, ſe eſſe macula mortali ſordidum recordatur. Reſpondeo tamen facilè, *b* debere actum contritionis elicere ante conſecrationem (& aptiſsimum tempus judico dum eſt in Memento) ſi peccati recordetur ante illam: ſi verò poſt conſecrationem peccatum in mentem veniat; ſatis erit, ſi ſeſe conterat immediatè, ante conſumptionem. Ratio utriuſque eſt, quia præceptum exiſtendi in gratia urget quando conficitur, & quando ſuſcipitur Sacramentum.

b *Ex De Lugo d.* 4 *de Euch. ſeſſ.* 6. *n.* 134.

58 Dices. At Sacerdos poſt conſecrationem, ante conſumptionem, neceſſe habet tangere Sacratiſsimum Christi corpus. Reſpondeo, quamvis aliqui in peccato mortali illud attingere, mortale propter irreverentiam eſſe autument; probabilius

*c Hurtad. de Euch. d. 9. diff. 1. aliique.*

lius *c* tamen eſt, non eſſe, niſi ad ſummum veniale. Ratio eſt quia non eſt cenſenda tanta irreverentia, ut ad mortale pertingat.

*d Laym. l. 5. c. 5. n 8*

59 Confirmatur, quia quamvis nonnulli aſſerant *d* Sacerdotem mortali crimine deturpatum mortaliter delinquere, ſi Euchariſtiam fidelibus porrigat; tamen aliqui *e* meritò id negant: quia tunc Sacerdos non conficit Sacramentum, ſed ſolum diſpenſat conſecratum, ad quod tanta dignitas nequaquam requiritur. Idemque eſt de Diacono quando, ex ſpeciali Sacerdotis commiſsione, Sacram Euchariſtiam aliis porrigit: ſiquidem tunc non conficit, ſed ſolum diſpenſat. Si ergo probabile id eſt; quanto magis probabile fiet mortalem culpam non eſſe ſolum attingere.

*e Vaſq. quē citat & ſequitur De Lugo d. 8. de Sacr. in com. ſec. 9.*

§. 8. D

## §. 8.

### *De eo, qui ante Communionem recordatur peccati indirectè abſoluti.*

60 Confitetur, exempli gratia, quis ritè peccata, qui tamen à Confeſsione in mentem redit aliquod grave à ſe commiſſum, quod, ex inculpata oblivione, confeſſori non aperuit: hic obligabitur ne, ſub mortali, ante communionem præmittere actum contritionis, ſi ei deſit copia confeſſarii? Rurſus, obligabitur ne, ſi confeſſorem in promptu habeat, talis peccati obliti confeſsionem ante eandem communionem præmittere? Vel ſi non habeat, ſolum ne urgente neceſsitate, an verò etiam, illa non urgente, communicare poterit?

61 Ad primum: ſi dolor, a ſub quo facta fuit hujuſmodi con-

a *De Lug. d. 14. de Euc. ſect. 6 an. 121.*

confeſsio, non fuit univerſalis de omnibus peccatis, vel ex motivo univerſali, quod ſe extenderet ad hoc etiam peccatum, certum videtur, quòd debeat elicere actum contritionis involventis hoc peccatum: ſi quidem hoc nondum retractatum, non potuit, ne indirectè quidem, remitti: atque adeo remaneat in Pœnitente neceſsitas ſe juſtificandi. At, ſi fuit univerſalis, vel ex motivo univerſali; non obligabitur ad novum contritionis actum: quia jam ſtatum gratiæ per remiſsionem indirectam prædicti peccati obliti, & directam aliorum, quæ fuerunt confeſſori manifeſtata, recuperavit.

62 Ad ſecundum: propter eandem rationem, primo aſpectu, videtur nec obligari ejuſmodi pœnitentem ad præmittendam confeſsionem, nec indigere neceſsitatis urgentis, ad

hoc, ut ſine confeſsione communicare poſsit: præmittitur enim confeſsio, ut dignitatem gratiæ communicaturus acquirat: hic autem jam per confeſsionem prædictam gratiæ ornatum obtinuit: & ex alia parte præceptum, de præmittenda confeſſione ante communionem, jam obſervavit. Hoc ergo peccatum, quod menti de novo fuit oblatum; ſuo tempore, poſt peractam communionem, ſubdi clavibus ab ipſo poterit. Sanè, ita primo, ut dixi, aſpectu, ex vi argumenti, dicendum eſſet: niſi obſtaret praxis fidelium, ex qua colligimus b præceptum, de præmittenda ante communionem confeſsione, non eſſe ſolum de præmittenda confeſsione integra formaliter, ſed etiam, ubi advertimus, materialiter.

b De Lug. ib. à n. 126

63 Solum eos liberandos à præmittenda confeſsione talis peccati obliti cenſeo, qui vel

actu celebrant, vel ante altare ad linteum excommunicaturi expectant: hos enim, etiamſi nullam notam infamiæ incurrant; non obligo c ad recedendum, quamvis brevi reverſuros. Ratio eſt quia ex una parte irreverenter ſe gererent inchoatam quaſi actionem, ſine clara neceſſitate, relinquendo: ſicuti non bene moratè ſe gereret, qui invitatus à Rege, ubi ſedit ad menſam, vellet, vel ad breve tempus, recedere: & ex alia parte, non apparet clara neceſsitas: quia hic jam eſt juſtus, beneque diſpoſitus, propter abſolutionem indirectam talis peccati. Et adverte, quod idem non tenebitur actum contritionis tunc elicere: quia jam, ut diximus, juſtus eſt: ſolum igitur habeat voluntatem illud oblitum ſuo tempore clavibus ſubdendi.

c *Henriq & Victoria apud Fagund 3. Eccl præcept. l. 3. c 9 n 14.*

§. 9. An

## §. 9.

*An peccata, negativè, dubia ſint ante Communionem, neceſſariò Sacerdoti aperienda*

64 QVale ſit hoc dubium negativum dixi in Methodo Confeſsionis. *a* Et quidem eſſe hujuſmodi peccata mortalia dubia neceſſariò clavibus ſubjicienda; ibidem *b* reſolvimus: ubi ſolum ſcrupuloſos, & timoratos excuſavimus, quia pro his peccata dubia pro nullis habenda ſunt. Quoniam igitur ante communionem ſunt manifeſtanda Sacerdoti omnia ea peccata, quæ neceſſariò clavibus ſubdenda ſunt; cum talia ſint peccata dubia, erunt etiam & ipſa ante communionem, aperienda; eſto pariter à tali onere eximi debeant prædicti ſcrupuloſi.

a *lib.* 2. c. 1. §. 4.

b *nu.* 16.

65 Verum negari non poteſt

omnes Auctores ſentire in aliquo caſu ad id non teneri habentes aliquod peccatum dubium. Nimirum, cum, deponitur dubium, vel ex probabilibus rationibus, aut etiam ex aliqua ignorantia invincibili.

66 Sed Objicies contra hanc limitationem, quod ſi in aliquo caſu non tenemur ante ſumptionem Euchariſtiæ peccata dubia fateri, ſequitur, quod neque abſolute obligamur eadem clavibus ſubjicere: quod tamen falſum cenſetur, tum ex univerſali praxi fidelium, tum ex efficacibus rationibus alias in Methodo Confeſsionis à nobis allatis. Reſpondetur tamen ſequelam eſſe falſam, eo quod in eo caſu, in quo deponitur dubium, accedimus ad Euchariſtiam ſine ullo dubio.

Objicies, iterum, quia ſi quis dubius alicujus peccati mortalis reciperet Euchariſtiam, etiam

jam ſi deponat dubium exponit ſe periculo peccandi mortaliter, ſi fortè re ipſa illud peccatum ipſi dubium, ſit coram Deo certum: quia irreverenter ſe geret. Sed reſponderi poteſt hanc non fore irreverentiam mortalem, quia non eſt contra diſpoſitionem requiſitam à S. Paulo dum dicit: Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo, & de calice bibat &c. quam diſpoſitionem Tridentinum explicat de peccatis, quorum quis ſibi conſcius eſt: qualia non ſunt dubia practicè depoſito dubio. Quod autem major reverentia ſit: ea dubia ante communionem confiteri, ſanè fatemur, ſed non obligari nos totam poſsibilem reverentiam ad hoc Sacramentum afferre diximus ſupra. g

68 Addimus deinde hoc eſſe verum non ſolum cum quis ſibi perſuadet ſe non eſſe in peccato mortali, deponendo pra-

g §. 4. n. 9.

ſticè dubium, ſed etiam, ſi quis putat ex ignorantia aliqua invincibili licere ſibi ſine mortali peccato cum illo dubio recipere hoc Sacramentum: id enim non erit irreverenter formaliter ſe ſe gerere in recipienda Euchariſtia, & evitabitur peccatũ. Quod ſi illud peccatum dubium, ſit certum coram Deo, eſto quod fortaſſe non recuperabitur gratia, ſatis tamen hic nobis eſt, quod non committatur novum peccatum, ut in ſimili dicemus infra. *b*

h § 10. n. 72.

69 Denique id ipſum affirmamus ſi hic dubius de ſuo peccato dubium practicè deponendo, eliciat actum contritionis, & poſtea communicet: jam enim ex una parte non ſe gerit irreverenter, quia putat ſe eſſe in ſtatu gratiæ: & ex altera parte non obligatur ante communionem fateri peccatum dubium, cujus (in caſu poſito) non eſt ullo pacto conſcius.

70 Quare hominem habentem dubium alicujus peccati mortalis, ſine ullo periculo peccandi, exiſtimo accedere poſſe ad Euchariſtiam, etiam non præmiſſa confeſsione in caſibus explicatis: puta cum deponitur practicè dubium, vel per ignorantiam invincibilem creditur id eſſe licitum.

## §. 10.

*An ſit caſus, in quo communicare quis ſine confeſſione, & etiam, ſine contritione, atque adeo in peccato mortali poſſit.*

71 HUc facere videntur ea, quæ n. 36. & 37. diximus de non potente elicere actum contritionis: cui nihilominus dimidiatam confeſsionem exhibere conceſſum ſit; ſed tamen fortior nunc eſt caſus: agimus enim de eo, qui nec contritionem eliciendi virtutem

habet,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habet, nec confeſsione ulla, etiam dimidiata, gaudere poteſt.

Tam benigna ſunt viſcera Miſericordiæ Domini, ut non dedignetur excuſare aliquando pervicaciam noſtram. Invenio enim unum, vel alterum caſum, in quo quis puriſsimam communionem in peccato ſumere, ſine peccato, poſsit.

72 Etenim, ex ſupradictis conſtat, Sacerdotem, qui, incepta bona fide miſſa, recordatur ſe mortalis culpæ reum, debere elicere actum, ſaltem à ſe exiſtimatæ contritionis. Sed jam, ſi non poſsit, ſeu experiatur actum illum ſibi valde eſſe difficilem, quid agat? Confiteri non poteſt, conteri nequaquam valet, Sacrificium inchoatum relinquere, ob infamiam inde ſibi reſultantem, difficillimum eſt. Quid ergo ab anima ſic affecta ſupereſt extorquendum? Probabile eſſe ex aliquorum a ſententia judico,

a Vaſquez de Euch.

dico, hunc non peccaturum mortaliter, ſi cum hujuſmodi conſcientia peccati mortalis, & cum eo dolore, quem tunc poteſt elicere, miſſam proſequatur, conſecret, communicetque. Ratio eſt, quia præceptum dignè communicandi non videtur tam arctè fideles aſtringere, ut cogat Sacerdotem, cum tanto ſuo decore, ab incepto ſacrificio diſcedere. Tunc autem ejuſmodi Sacerdos non acquiret gratiam, ſed tamen non peccabit.

*diſp. 207. c. 1. n. 3. 4. Hurt. ad diſp. 9. de Euchar. diff. 1. De Lugo de Sacr. d. 9. ſect. 1. n. 8.*

73 Idemque erit de laico, *b* qui jam jam recepturus ſacram Synaxim ante linteum, nec ſub aliquo prætextu ſeſe removere valens, peccati mortalis recordetur, nec conteri poſsit. Par enim eſt ratio. Notent *c* hanc doctrinam ſcrupuloſi, animoque ſemper timidi: qui, quamvis verè eliciant contrictionis actum; nunquam tamen ſe elicuiſſe ſibi perſuadent.

b *Ibid.*

c *Ut notat pro ſcrupuloſis S. Bonav. apud Bonac. d. 4. de Euch. q. 6. p. 1. n. 19.*

74 Quid

74 Quid ſi Sacerdos, de quo loquimur, poſſet uno ex ſequentibus modis ab incepto ſacrificio deſiſtere? Nam ſi eſſet v. g. in Sacello privato, Miſſæ miniſtro puero ſolum aſsiſtente, à quo notam pati non eſſet valdè laborandum, cum ſine gravi infamia ab altari ſeſe ſubducere facilè poſſet; obligatur ne ſubducere? Deinde ſi poſſet deliquium ſimulare, vel quid ſimile; illum ne ad ſimilem fictionem obſtringemus?

75 Reſpondeo ad ejuſmodi deliquii prætextum arctare illum non poſſum: quia eſt remedium nimis extraordinarium, ac pluribus inconvenientiis obnoxium, ad quod non tenemur. Illud de puero ſic tempero, ut, ſi poſſet Sacerdos de illo, ſive quocunque alio miniſtro fidere, ſpemque haberet, intra tempus competens, ſe recolligendi, atque adeo ſe conterendi; exiſti-

mem

mem debere Sacerdotem vel non curare miſſam aliquantulum extendere, vel aliò, ſi facile poſſet, miniſtrum intra illud competens tempus rediturum, mittere: relinquere autem ſacrum nullo modo approbo. Ratio eſt, quia in priori modo ſalvatur infamiæ nota, in poſteriore non item: nam miniſter, quamvis unicus, & licet puer, ſemper poſſet obloqui contra Sacerdotem ſacrificium interrumpentem. Multo magis id non eſſet faciendum, facta conſecratione, ne ſacrificium imperfectum relinqueretur.

76 Iam vero alium caſum afferunt Doctores, *d* in quo excuſatur à ſacrilegio peccator, ſi communicet. Nam ſi v. g. irruente Paganorum, vel Hæreticorum multitudine in Eccleſiam, timeretur Sanctiſsimæ Euchariſtiæ contemptus; tunc fidelis quicumque exiſtens in

*d De Lug. diſp. 14. de Euc ſect. 1 n. 3. Diana p. 5. tr. 12. reſ. 74. ſine.*

mortali, nec in illa ſubita irruptione potens ſeſe facilè concerere, poſſes (immo addo libens quod deberet) ad vitandam injuriam, quæ timetur tanto Sacramento, illud aſſumere: ſicut etiam poſſet, deberetque non jejunus. Immo *e* & laico Sacratiſsimum Chriſti corpus tangere, idemque inſtar Mariæ *f* Scotiæ Reginæ, ſuis ſe manibus communicare, ſine ulla hæſitatione, in ſimilibus caſibus liceret.

*e Vaſq. apud de Lugo de Euc. diſp. 15. ſec. 4 n. 87*
*f De qua idem de Lugo d. 18 ſec. 1. n. 25*

§. 11.

*An liceat laico quotidiana Communio.*

77 HUc reducimus difficultatem: quia ad communionem adeo frequentem magna certè ſpiritualis diſpoſitio requiritur.

Iam licere communionem quotidianam laico, etiam uxorato,

rato, immo eam vetare illi nec Confeſſarium, nec Superiorem poſſe: quia eam Chriſtus Dominus omnibus, qui peccati mortalis ſibi conſcii non ſunt, ſive cum magno, ſive cum parvo devotionis affectu, liberaliter conceſsit; docet cum paucis Ioannes Sanchez. a Negat cum aliis multis, Ioannes de Lugo, b ſolumque concedit maximo fervoris ſpiritu accenſis, Sanctæque Catharinæ ſimilibus. Lege eos, ſi hanc quæſtionem latè diſcuſſam videre in animo eſt. Nos breviter negantem ſententiam amplectimur: quia putamus id cedere majori reverentiæ debitæ Chriſto Domino, ac Regi noſtro. Affirmans opinio illud à confeſſariis obtineat, ut fidelibus ſacram communionem appetentibus, ſive etiam ſolum petentibus, ſeſe faciles, in poſterum, exhibeant.

a *Ioannes Sanch. in ſel. d.22.*

b *Ioan. de Lugo d 17 de Euch. ſec.2.*

# CAP. II.

## De Diſpoſitione corporali requiſita ante Sacratiſſ. Communionem.

### §. 1.

### *De Munditia à Pollutione, vel Copula.*

1 PRæmittimus tanquam certum, non eſſe mortale, *a* poſt peractam rite pœnitentiam de peccato, eodem, etiam, quo patratum eſt, die, communicare: jam enim, ſic, non indignè graviter ad Sacram Euchariſtiam acceditur.

2 Porrò, quo ad decentiam: Pollutio involuntaria neminem ex iis, qui benè affecti ſunt circa ſpiritualia retardare unquam debet *b* à Communionis acceſſu: Qui

*a Sanch. lib. 9. de matr. d. 13 quicquid dicat Navarr. in Man c. 21 n. 51. putans eſſe mortale etiam poſt confeſſionẽ debitam, qui tamen in 2. edit. mutavit ſententiã.*

b *De Lug. diſp. 15.*

Qui maximè ab hujuſmodi pollutione, in imaginativa turbaretur; eſſet ob reverentiam conſulendus differre c in alium diem, niſi id ſæpius accideret, periculumque eſſet ſpiritualem profectum aliqua ratione impediendi: vel niſi aliqua ex rationibus, ſequenti numero dicendis, communionem, concederet.

ſec. 1. à n. 9. Sanchez ibid. alios citantes.

c Iidem, quicquid dicat Io. Sanchez in ſel. d. 22. n. 3.

3 Pollutio voluntaria, vel copula illicita, etiam poſt congruam pœnitentiam, melius propter eandem reverentiam, impediet communionem d illius diei: niſi fortè nota, vel infamia, vel Iubilæum, vel Feſtum ſolemne, vel quid ſimile, concedendam ſuadeat. Fateor interim, majorem rationem requiri poſt illicitam copulam, quàm poſt ſimplicem, ultro volitam, pollutionem: licet enim hæc gravior culpa ſit; illa nihilominus, cum ſit magis externa, ac magis voluntaria, magis diſtrahit.

d Iidem.

*e Iidem, quidquid dicat idē Jo. Sanchez ibid.*

*f De Luga ibid. n. 14.*

4 Copula licita melius, & regulariter impediet *e* niſi feſtum, nota, vel ſimile quid, ut modo diximus, obſtent.

5 Adverte denique minorem cauſam requiri *f* ad concedendam communionem, ſi ejuſmodi copula oritur ex amore prolis, quam ſi ex cupiditate voluptatis, & multo ſatis minorem, ſi eſt non petita, ſed reddita: ita ut in hoc caſu merum communicandi deſiderium ſufficiēs cauſſa videatur: ſiquidem tunc prætextu communionis, non erat conjux repellendus: & tunc, ob actum redditæ juſtitiæ, minus eſt uxoratus à communionis refectione removendus. Adde hic illud, quod modò dictum eſt capite præced. §. 11. fine.

Denique eſt ne peccatum veniale accedere ad Euchariſtiam poſtquam eodem die conjux delectationis cauſa debitum exegit?

git? Eſſe docet Sancez, *g* & Marchinus *h* Ratio eſt (inquit Marchin.) quia apparet aliqua irreverentia ſic accedendo Audio. At etiam, qui cauſa voluptatis veſpere ante communionem comediſſet, peccaret venialiter, mane accedendo ad Euchariſtiam: & ſic de ſimilibus, quod non admittimus. Puto igitur, ex ſuppoſitione, quòd in tali copula, vel cibo quis venialiter peccaverit; eſſe judicandum ſicuti ſupra cap. 1. §. 4. judicavimus, eſſe, vel non eſſe veniale accedere ad Euchariſtiam cum veniali. Illud addendo in materia luxuriæ faciliùs mentem à ſacris miniſteriis avocari, quàm in aliis materiis; ac propterea faciliùs incidi ſic poſſe modo ſupradicto *i* in veniali, accedendo ad Euchariſtiam cum hoc ſpeciali peccato veniali. Ad quod certè reſpexit Sanchez *l* dum caſtigatè loquens, dixit, debitum

g *Sanch. lib. 9. de matrim. d 13. n. 3*

h *March. de ord tr. 3. p. 3. c. 2. n. 16.*

i *Supra c 1. §: 5. à n. 13.*

l *Sanch. loc cit.*

gatè loquens, dixit, debitum tum exigentem ex voluptate, regulariter, peccare venialiter accedendo eodem die ad communionem, niſi aliqua cauſa excuſet: quia (inquit) oritur magna diſtractio, mentiſque hebetudo. Nota illud (Regulariter.)

## §. 2.

### *De Munditia Corporis externa.*

6 NVllæ ſordes corporeæ, unde nec menſtrua, ſecundum ſe, Communioni impedimento ſunt. a Præſtat tamen, propter decentiam, eas, quantum modeſtè fieri poteſt, amovere. Si tales ſint, ut horrorem aſpicientibus pariant à communione publicitus exhibenda; decens eſt abſtinere; nam ſic intelligendus eſt Canon, Tua nos, de clerico ægrotante, qui, propter lepram, à communione prohi-

a *De Lug. d* 15. *de Euc. ſec* 1. *n.* 15.

prohibetur, intelligendus, inquam, in publico. Nec tamen, ſi id in publico fiat ſine ſcandalo (quod tamen, vix, hac noſtra ætate, quando res ſuo pondere jam expenſæ, vel ipſo populo notæ ſunt, poſſe eſſe puto) peccaretur: talis enim Canon in uſu non eſt.

## §. 3.

### *De ſuperfluo Mulierum ornatu.*

QVid de muliebri purpuriſſo, ceruſſa, & ornamentis. Reſpondeo ſi fucus ille, & cætera ornamenta vanitate afficiantur mortaliter peccaminoſa; fore culpam ſacrilegè mortalem, certum, exploratumque eſt. Si venialiter; dic illud, quod ſupra cap. 1. §. 4. diximus de accedente ad communionem, cum affectu ad peccatum veniale. Si nullam peccaminoſam redoleât,

ut ſubinde accidit fœminis timoratis, bono fine, propter viri ſui oculos, vel juxtà ritum patriæ ſe ſe ornantibus; nulla erit culpa: quia, niſi aliud addatur; non eſt unde ea contrahi poſſit. Fateor, regulariter, vix, à veniali excuſari eas, quæ, tam anxiè, faciem dealbant (utinam eodem modo conſcientiam) ſi non ex alio capite, certè ex eo, quòd illud tempus, quod expenderunt ad ſe comendas (de quo ſcitè Poëta. Dum comuntur, dum pectuntur, annus eſt) ad animam piis virtutum actibus exornandam, vel certè ad utiliora negotia expedienda; conſumere debuiſſent.

## §. 4.

*De veſtibus externis: ubi, an Sacerdos ſine ſtola, & Eques cum gladio decenter communicent.*

8 MIſſos Religioſos facio, qui certo veſtimentorum genere induti inſtringuntur, ſaltem in publico, ad Communionem accedere. Regulas quiſque conſulat ſuas.

9 Porrò, cùm certum ſit, veſtes non eſſe hic valde attendendas: non enim corporis ornatum, ſed animæ pulchritudinem expoſcit hoc Sacramentum; tamen modeſto quiſque, honeſtoque ornatu, propter reverentiam, uti, quantum poteſt, congruum eſt.

10 Sed hic in proprio loco quæritur. Primò. An cùm Sacerdos, extra ſacrificium communicat, ſtolam circa collum

tenere. ſub obligatione, oporteat. Reſpondeo. Id congruum quidem eſt: in cap. enim Eccleſiaſtica diſtinct. 23. ita præcipitur. Quia tamen & res non eſt (extrà Sacrificium) ex ſe gravis, & decretum illud, quo ad hoc, uſu jam eſt abrogatum; obligatio peccati non adeſt. *a*

11 Quæritur Secundò an decenter fidelis accedat ad Sacram Eucharistiam, armatus enſe, & pugione: ut ſi ſit Eques Religioſus S. Ioannis, S Iacobi, Alcantaræ, & ſimilium? Reſpondeo decenter: *b* quia hæc ſunt ipſorum inſignia, & quidem ad propugnandum pro fide. Cæteris laicis, idem conceditur, quia non eſt unde appareat irreverentia.

12 Addunt tamen aliqui *c* id fieri debere, ceſſante ſcandalo: quod tamen rarò ceſſare putant. Equidem licet ſim omnibus author, ut propter modeſtam humilitas

*a* *Azor* 1. *p. l.* 10. *c.* 28. *q.* 12. *Gavant.* *in Comm.* *ad Rubr.* *Miſſalis* *to.* 1. *d.* 4. *tit.* 8. *n.* 7.

*b* *Jo. Sanc.* *in ſelect.* *d.* 45. *n.* 3.

*c* *Diana* *p.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 30. *fine.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

militatem illa inſtrumenta deponant; tamen, ſi ſecus fiat, non puto facilè affuturum ſcandalum, ſaltem grave: niſi fortè aliquam rudis homuncionis levem admirationem, de qua non eſt valde laborandum. Conſuetudo autem, quæ alicubi viget ea deponendi; nil aliud oſtendit, niſi prædictam modeſtiam, à qua ortum eam habuiſſe, & non niſi decentiæ obligationem afferre, jam omnes ferè norunt.

## §. 5.

### *An corporis ſanitas requiratur ab accedente ad Euchariſtiam.*

13 NUlla ex ſe requiritur. Solum ergo à communione arcendi ſunt infirmi illi, in quibus, ratione vomitus, vel frequentis tuſsis, aliqua irreverentia ſacræ hoſtiæ rationabiliter timetur. De leproſo vid. ſup. §. 2.

14 Verùm, quo ad ejuſmodi Infirmos, quæ nam ſunt diligentiæ exhibendæ ? ſanè, ſi infirmus, *a* poſt ſumptum cibum, etiam modicum, ſtatim eum ſurſum, vel deorſum, expellat; ne communicetur. Si verò modicum cibum, vel particulam non conſecratam, cum qua fieri experientia poteſt, retineat; concedendum eſt ei ſacrum Viaticum. Quod ſi non ex aſſumpto cibo, ſed ex ipſa ægritudinis vi, vomitum patiatur; communicandus non eſt, niſi, per ſex circiter horas, vomitus ceſſaverit, & medicus, vel ſi hic abſit, aſtantes judicaverint, ſaltem per horam ab aſſumpta Euchariſtia, infirmum non vomiturum, nam tunc cõmunicari poterit. Quod ſi deinde, per accidens redeat vomitus, & ſacra hoſtia expellatur; reponatur in loco aliquo ſacro, ac ſpecies, ubi corruptæ fuerint, in ſacrarium recondantur;

*a Jo Sancez in ſelect. d. 38. n. 2.*

tur. Cætera, quæ ad Infirmi communionem pertinent, dicemus infra ſuo loco cap. 5. vide item c. 3. §. 4.

## §. 6.

### *De jejunio naturali requiſito ante Communionem.*

15 DVo mox dicenda requiruntur *a* ad hoc ut violetur jejunium naturale, dictum naturale ad differentiam Iejunii Eccleſiaſtici, quod Eccleſia præcipit obſervari in diebus Iejuniorum. Eo violato, ad ſacram Communionem, extra caſum neceſsitatis, de quo dicemus mox, §. 8. accedere, ſacrilegium mortale eſſe (& quidem per nos unum) *b* ignorat nemo.

16 Primò, igitur requiritur, quòd quicunque cibus, vel potus ſumatur: cibus autem, & potus eſt ille, qui in ſtomacho alteratur, ſeu digeritur, vel ad dige-

a *De Lug. de Euch. d. 15. ſec. 2.*

b *Ut ſup. diximus c. 1. §. 3.*

digeſtionem pertinet. Secundò quòd id fiat per actionem, quæ ſit comeſtio, vel potatio: quæ talis non eſt, niſi ex prædictis cibo, & potu aſſumatur, & in ſtomachum trajiciatur.

*Quæ pertinent ad cibum.*

17 Dixi (quicunque cibum) ſi quidem etiam modiciſsimus cibus, ut modicum granum aniſi, ex propoſito deglutitum violat *c* jejunium hoc: nam ex Concilio Toletano, cibus, vel potus, quamlibet minimus, ante communionem, prohibetur.

*c De Lugo ibid n 22. & 27. & Hurt. de Euch. d. 9. diff. 15.*

18 Dixi iterum (cibus) oſsiculum enim ſive fructuum, ſive alterius generis, fruſtum ligni ſolidi, moneta aurea, globulus plumbeus, fruſtum unguis, filum ex ferro, vel ſerico, vel lana, & ſimilia, non violant, *d* etiam in magna quantitate: non enim ſunt cibus. Et non mediocre

*d De Lug. cit. n. 32.*

diocre ſignum, quòd in ſtomacho non alterentur, eſt, quia eadem integra, ut deglutiuntur, à quolibet, etiam valido ſtomacho, egeruntur in excrementis. Contra, violat Tabacum per os aſſumptum, ſi deglutiatur, *e* pillulæ ad medicamenta, & ſimilia: quia ſunt cibi, quamvis medicinales: quibus ſemper eſt immiſta aliqua tenuis particula apta ad digeſtionem, nutritionemque.

*e Præpoſit. in 3. p. q. 80. art. 8. dub. 1. n. 39.*

19 His violantibus addo libens papyrum, *f* ſeu chartam, & filum ex lino: ducunt enim originem ex herbis, & ſunt in ſubſtantia herbæ, quæ digeruntur: ut etiam eſt muſca, culex, & vermiculi, digeruntur enim & ipſi. Nec valet cum aliquibus dicere, papyrum, & filum ex lino eſſe cibum humanum, non, inquam, id valet dicere: nam nec fœnum, & palea v. g. ſunt cibus humanus, & tamen, quia dige-

*f De Lug. ibid. diction. 32.*

digeruntur, violant: Huc item reduco terram, ſeu cretam, quam fœminæ, ob delectationem, vel ad diminuendum colorem, comedunt: cum enim non ſit purum elementum, puto alterari in ſtomacho, & conſequenter violari jejunium. Et ſanè quis neget pulverem ex lapide Bezzuar, vel ex terra Cypria, etiam ſi ſolus, ſine juſculo deglutiatur, cùm ſumatur per modum cibi medicinalis, ſolvere jejunium? par autem videtur ratio in terra, ſeu creta.

Dices cum aliquibus: Terra, g & ſimilia in magna quantitate non violant jejunium Eccleſiaſticum; ergo in minima non violant naturale. Reſpondeo nego conſequentiam: nam terra, & ſimilia non violant jejunium Eccleſiaſticum, quia modicíſsimum eſt illud, quod in ipſis, etiam acceptis in magna quantitate, ineſt nutritivi, ſeu

g *Summa Diana V. Communionis diſpoſitio n.33.*

digeſti-

digeſtibilis: ſicuti evenire in cibis medicinalibus modò dixi num.18. At hoc modiciſsimum, quod ibi ineſt, ſatis eſt ad violandum jejunium naturale, ad quod violandum ſufficit quodlibet modicum, ut vidimus num.17.

20 A cera non violari jejunium nec naturale, nec Eccleſiaſticum, etiam in magna quantitate aſſumpta, docet Summa Diana. *h* citatque pro ſe Ioannem De Lugo diſp.15. de Euchariſtia ſect.2. num.29. Sed ibi De Lugo juncto n.25. meminit cretæ non ceræ in meo codice, quæ ſatis diverſa ſunt: magis tamen acquieſco, quòd frangat jejunium, ſicuti dixi de ipſa creta, & terra: immo rationabilius, quia magis alterabilis, & partibus aliquibus mellis immiſta ſemper eſt.

h *Idem ibid.*

21 Si quis deglutiat avellanam, vel pineam nucem cum cortice integram, frangere jejunium

nium docet Ioannes Sanchez; *i* quia eſt materia comeſtibilis, & per accidens non alteratur. De qua doctrina ego dubito; quia ut trajicitur, nec eſt alterabilis, nec digeſtibilis.

i *Io Sanc. in ſelect. diſp. 42. n. 23. fine.*

### *Quæ pertinent ad Potum.*

22 Dixi deinde de requiſitis ad violandum jejunium (Potus) quia gutta aquæ de induſtria ſumpta, violat hoc jejunium, ſicuti violari à medio aniſi grano, paulò ante diximus: ille enim eſt cibus modicus, hic modicus potus. Violat etiam potio medicinalis, aurum item potabile, ut etiam ſanguis, *k* quem ſugeret quis ex ſuo v. g. digito vulnerato: quia hæc per modum potus aſſumuntur. Si à te hauriatur aqua (immo & quodlibet aliud) & ſtatim à ſtomacho ejiciatur; judicandus es non jejunus, ſaltem ex eo capite: quia ſemper

k *De Lug. ibid. n. 32*

per remanet aliquid in ſtomacho.

### *Quæ pertinent ad naturam Comeſtionis vel Potationis*

23 Dixi denique (quæ ſit comeſtio, vel potatio) quia Primò gutta *l* aquæ, quæ commiſcetur ſalivæ dum os abluis, vel gutta juſculi *m* quando illud guſtas, an ſit benè præparatum, immiſtumque ſalivæ traicis, vel ſanguis, *n* qui ex capite fluit in os, & immiſtus item ſalivæ deglutitur, non violant. Secundò eodem modo culex, vel muſca, *o* vel pulvis, quæ caſu in os volitant, & caſu trajiciuntur. Tertiò ſanguis vel humor *p* deſcēdens, etiam in magna quantitate, ex capite, vel gingivis, etiam non ſalivæ immiſtus, ſi deglutiatur. Quartò ſumptio Tabacchi per nares, ſive in folio, ſive in pulvere, ſive

l *Idē De Lugo n. 23*

m *Idem ibid.*

n *Idem ibid.*

o *Idē n 33 & Hurt. de Euch. d. 9. diff 15*

p *De Lug. ibid n 23.*

q Granado in 3. p. contr. 6. tract. 10. d 8. n. 4.
r Colligitur ex Suar. de Euch d. 68 ſect. 4.
§ Quæres rurſus.
ſ Granado ibid.
t Colligitur ex De Lugo n. 33

in fumo, q immo & aliquantulum aquæ attractæ r per nares, non ſolvunt jejunium: quia hæc omnia non ſunt comeſtio, vel potatio: ſed prima eſt trajectio ſalivæ, ſecunda eſt reſpiratio, tertia eſt fluxus, quarta eſt attractio, ſeu afflatio narium. Denique odor quilibet ſ non violat jejunium: quia, præter quam quod non eſt cibus, vel potus; non ſumitur per comeſtionem, potationemve, ſed per prædictam narium afflationem.

24 Contra muſca, vel culex, t ſi ea de induſtria comedas, vel etiam potens ea expuere, nihilominus trajicis; violat jejunium: quia ex una parte hæc digeruntur, ſuntque ut modo diximus, cibus, & ex alia hæc eſt propria comeſtio: quod enim involuntariè ab extrinſeco venerit; non obſtat: nam etiamſi involuntariè ægrotus per vim cibetur, & decidens in flumen

aquam

aquam invitus bibat; non propterea erit jejunus. Adde quod tu jam voluntariè trajicis: unde hæc non erit reſpiratio, ſicuti eſſe modo diximus, quando caſu, ex vi ipſius reſpirationis, prædicta muſca trajicitur.

25 Præterea non violant jejunium fruſtulæ, quæ in dentibus remanent ex reliquiis cœnæ, ſi non de induſtria deglutiuntur: *Aa* ſi quidem ſic non fit comeſtio: nam vel cum ſaliva, vel ex reſpiratione trajiciuntur. Violant tamen *Bb* ſi deglutiuntur ex induſtria: quia ſic æquivalent comeſtioni: & parum facit, quòd non hoc die, ſed heſterno aſſumptæ fuerint, dummodo comeduntur: quo pacto, propter eandem rationem, etiam violatur jejunium à ſaccaro, ſeu tabellis, *Cc* ad raucedinem avertendam, poſitis in ore veſperi ante cubitum, ſed quæ poſt mediam noctem liqueſiant, & trajiciantur

Aa *De Lugo ibid. n.*36 *Vaſ. de Euch. d.*211. *c* 3. *n.*30. *Hurtad de Euch. d.* 9. *diff.* 15.

Bb *Ibid.*

Cc *De Lugo n.*26 *&* 27.

cianturin ſtomachum. Aliqui docent per prædictas cibi reliquias nunquam violari jejunium: quod ſanè, ſaltem propter authoritatem extrinſecam non ignobilium Doctorum *Dd* non eſt improbabile. Id quod, ne ad prædictas tabellas extendas velim: quia in his, cum voluntariè aſſumptæ fuerint, magis clarè apparet ratio comeſtionis.

Dd *Tabiena Henriq. Jo. à Cruce Diana. Suar. Rodriquez Conınch. Aliique.*

26 Denique Aromata in ore tenere, immo, & conterere, ut frequenter fit in Maſtice, & in Tabacco ad confortandum caput, vel ad phlegmaticum humorem evacuandum; ſi non deglutiantur, non nocent jejunio: *Ee* quia ejuſmodi actio commeſtio nullatenus eſt. quod ſi aliquid ex his deſcendat cum ſaliva, ut certè ſemper evenire oportet, cum cohiberi non poſsit, quin deſcendat ſaliva illis aromatibus affecta; non affert *Ff* impedimentum jejunio: ſiquidem, non eſt

Ee *Bonac. de Sacr. d.* 4. *q.* 6. *p* 2. *n* 9.
Ff *Tannėrus tom.* 4 *diſp* 5 *q* 8 *ar.* 8. *not.* 1

eſt per modum cibi, vel potus, ſed per modum ſalivæ, ſeu commiſtim cum ſaliva. Illud, quod aliquis addit, quod videlicet, ſi dum prædicta aromata in ore quis voluit, granum aliquod caſu in ſtomachum deſcendat, non ſolvatur jejunium; mihi difficile eſt: quia hæc eſt vera, licet non volita comeſtio. Neque eadem eſt ratio de muſca in os volitante, & caſu deglutita: hæc enim actio nullo modo eſt comeſtio, ſed reſpiratio; cum granum illud in ore contritum, volutatum, & in ſtomachum, quamvis contra voluntatem trajectum, comeſtio ſit, & non ſola reſpiratio, ut de decidente in flumen, & aquam involuntariè deglutiente diximus num. 24.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*An ſomnus, vel cibus digeſtus requirantur ante Communionem.*

Gg De Lugo ibid. n. 39.

27 Duo denique adverte. Primo minimè requiri, quod Gg poſt cibum, ante mediam noctem, aſſumptum, homo dormierit, vel cibum digeſſerit: hæc enim non ſunt in præcepto. Ex quo olim conſului cuidam, qui cæterum non infirmus, maximam tamen famem facilè patiebatur, nec ſe ſe cohibere per quatuor horas ſine cibo poterat: conſului, inquam, ut immediatè ante mediam noctem ſe cibo reficeret, & antequam illæ horæ elaberentur, quamvis non dum digeſto cibo, ritè communicaret.

De

*De Tempore quo violatur jejunium naturale.*

28 Adverte Secundò tempus, quo jejunium, de quo agimus, violatur, eſſe quando quid comeditur, vel bibitur poſt mediam noctem, quæ per horologium notatur per primum pulſum *Hh* campanæ: & (ſi horologium quadrantes ante horarum pulſum notat) per primum pulſum primi quadrantis: tunc enim notatur incipere dies ſequens. Unde, ſi fortè tunc es in actu bibendi, & proſequaris poſt dictum primum pulſum; jam naturale jejunium violaſti. Nec enim ſequor unum, aut alterum dicentes initium ſequentis diei incipere poſt ultimum prædictæ campanæ pulſum.

Hh *Sanc. l 2 de matrim d.* 41 *n* 40. *De Lugo d.* 15 *de Euch. ſect.* 2. *n* 27. & 40

## §. 7.

### *De dubitante an ſolverit Jejunium naturale. Ubi de diverſitate Horologiorum.*

29 SI dubitas, an ſis jejunus, ex eo quia neſcis comederis ne, an non; communicare tibi conceditur. *a* At ſi certus quòd comederis, dubitas num comeſtio fuerit ante mediam noctem, an poſt illam; non conceditur. *b* Ratio eſt, quia hic eſt poſſeſsio pro præcepto: ibi pro tua libertate.

Scio aliquos in utroque caſu concedere communionem: quia in utroque putant ſtari debere pro libertate communicandi: & ſanè: propter authoritatem horum doctorum, *c* probabile id exiſtimandum eſt.

30 Dixi (ſi dubitas) nam ſi ſint plura horologia, niſi con-



a *Laym l. 1. tr. 1 c. 5. §. 4. n 36. De Lugo d. 15. de Euc. ſec 2 n. 42. & 43 Jo. Sanc. ſel d. 42. n 9.*

b *Sanc. l. 2 de matr. d. 41. n. 40 De Lugo cit. Fag. in præc. Ec 3 l. 2 c. 5. n. 18*

c *Lay. loc. cit. Baun. Auct caſuũ Bonõ. quibus. Adde Diã. p. 3. t. 4. reſ 29 & Jo. Sãc. in ſel. d 42 cit.*

ſtet eſſe falſa, potes *d* quodlibet ſequi: tunc enim non dubitas, ſed habes probabilitatem (quam illud tale horologium tibi facit) non fuiſſe mediam noctē quando comediſti, quia non fuerat datum ſignum ultimi horologii. Licere autem cuique facere id, quod probabile, eſt communis eſt ſententia doctorum. *e*

*d* De Lug. cit. n 45. quāvis id neget, Merolla, & Salas apud Dianam p. 4. tr. 3. reſ. 19.

*e* Lege Caſtrop to. 1. diſp. 2. de conſc. p. 2.

## §. 8.

### *Quando non jejuno licet communicare.*

31 IN aliquibus caſibus id licet. Primò inſtante pro Viatico: id quod ſatis ſit hic innuiſſe: nam cætera, quæ ad id ſpectant dicemus infra proprio in loco c. 5. præſertim §. 9.

32 Secundò Sacerdoti, etiam ad dandum Viaticum alteri moribundo licere non jejuno celebrare, ſi non adſint aliæ particulæ conſecratæ, docent plures,

plurimi verò negant: utrique probabiliter: *a* illi, quia, judicant, præceptum de jejunio, ante communionem, non eſſe ita rigidè latum ab Eccleſia, ut velit moriturum relinquere ſine Viatico: hi quia putant ſatis eſſe, ſi concedatur ipſi infirmo tale privilegium, non verò aliis, propter ipſum.

*a Apud De Lugo de Euch. diſp. 15. ſect 3. n. 67.*

33 Tertiò propter ſcandalum, vel infamiam. *b* Vnde qui ſtat ad altare ante linteum, recordaturque ſe non eſſe jejunum, ſi diſcedere ſine infamiæ nota non poteſt, communicare poterit. Ratio eſt, quia præcepta humana cum tanto rigore obligare non ſolent: nam propter eandem rationem, ſi Sacerdos in aldem rationem, ſi Sacerdos in altari ante conſecrationem ſe ſimiliter non eſſe jejunum recordatur; ſi ſine nota non poteſt (quam raró effugere valet, ut diximus cap. præcedenti § 6. n. 35.) proſequi Sacrificium poterit.

*b Aliqui apud Præpoſit. in 3. p. q. 80. ar. 8. dub. 2 n. 49.*

ſerit. *c* Dico ante conſecratio-nem: nam ſi poſtea, nullo modo, etiam non inſtante infamia, poteſt diſcedere, cum ſacrificium inchoatum perficere oporteat,

34 Quartò Sacerdos, ſi in Calice, pro vino poſuit aquam, vel acetum, idque poſt ejus ſumptionem cognovit; poteſt, immo debet, ad ſacrificium perficiendum, iterum conſecrare, vel vinum *d* tantum, vel aliam item hoſtiam, & vinum *e* acſumere. Si talem defectum cognoſcit dum habet in ore illam aquam, ſeu acetum illud; non obligo *f* ea ab ore projicere; quia eſſet irreverentia, & fortè periculum projiciendi aliquod fragmentum aſſumptæ hoſtiæ. Deglutiat igitur, & poſtea, poſito iterum vino conſecret, ut dictum eſt.

c *Suar. de Euc. d 68. ſec. 5 fin. Vaſq. de Euc. d. 211 n. 48.*

d *In miſſ. Pii V. de defect. in miſſa occurr. ex D. Th. 3. d. 1. q 83. art. 6 ad 4.*

e *Miſſal. Clem. 8.*

f *ib. ex Scot. in 4. diſt. 8. q. 3.*

f *De Lug d. 15. ſect 4. n. 75.*

Quid in dubio, an ſit acetum? Reſpondeo ſi in tale dubium in-

cidas poſt ſumptionem Calicis; teneas fuiſſe vinum: quia poſſidet ſubſtantia vini, & pro ipſo eſt præſumendum. Idem puto ſi dubium advertas poſt conſecrationem: ne ſine bono fundamento turbetur Sacrificium, ejuſque ordo; & ex alia parte jam poſſidet ſubſtantia vini. At ſi dubites ante conſecrationem; vel deponere debes dubium, vel mutare vinum: ne exponas te periculo non conſecrandi. Quod ſi non invenitur aliud vinum, vel non niſi difficillimè; ſi non eſt inceptus Canon, deſiſtas: ſi eſt inceptus; præſumas eſſe vinum, & progreditor: nam tunc, cum prope cenſeatur incepta ſubſtantia Sacrificii; melius eſt depoſito dubio illud perfici, quàm incomplemẽtum ſine dubio, & certò pati. Acetum autem illud (ſi fortè aliquod ſuperfuerit) vel ſumas poſt ſumptionem corporis, & ſanguinis,
vel

vel alicubi reverenter ſerves, ſtupa, ſeu linteolo imbibitũ, donec ſiccetur: quando erit comburendum, & in ſacrarium projiciendum. Imò ſi fuerit certò acetum; poterit *g* alii ſumendum tradi.

35 Quintò Idem Sacerdos, ſi poſt aſſumptam ablutionem, advertit in patena fragmentum ſui Sacrificii ſive parvum, ſive magnum adeſſe; illud, quamvis non ſit jejunus, ſumat: *h* quia pertinet ad idem Sacrificium. Idem dic ſi advertat, finita miſſa, immo, & poſtquam alios, licet multos, communicaverit, *i* ſed in eodem altari. Quid autem ſi advertat in ſacriſtia? Non poteſt ſumere: *l* quia jam penitus eſt abſolutum Sacrificium. Nec tamen eſt improbabile *m* ex Granado, quod poſsit, ſi non dum veſtibus ſacris eſt ſpoliatus; quia adhuc judicatur non abſolviſſe totaliter Sa

g *In rub. Miſſ. de defect. panis n. 5.*

h *Sylv. V. Euc. 3. §. 8*

i *De Lug. dicta d. 15. n. 82.*

l *Idem ib.*

m *Gran. in 3. p. contr. 6. tract. 10. d. 6. n. 11.*

crificium. Dixi (fragmentum ſui ſacrificii) nam ſi ſit fragmentum ex alio ſacrificio; nunquam poteſt ſumere, poſt ablutionem: quia ceſſat prædicta ratio. Quid igitur de illo fiet, ut etiam de illo invento, poſt ſpoliatas ſacras veſtes, in Sacriſtia?

36 Reſpondeo cum diſtinctione *n* Si in illa Eccleſia ſervatur Sanctiſsimum Sacramentū, vel, ſi poſt Miſſam à te celebratam, ſit alius Sacerdos celebraturus; illud fragmentum detur conſumendum huic Sacerdoti, vel ſervetur in pixide, ſeu in calice, ſuperpoſita patena. Si aliquid ex his ſine irreverentia haberi non poteſt; aſſumat ipſemet Sacerdos, etiam ſi non jejunus ſit. Ratio eſt, quia ſic nunc dictæ reverentiæ, ut potius ſumatur à non jejuno, quàm irreverenter quocunque in loco ſervetur. Laico, *o* qui jam, communicavit, nullo modo eſt danda, ſalvem

*n* *Fagun. præc. Ec. 3 l. 3. c. 5. n. 30.*

*o* *Idem. ibid n. 31.*

tem cum intervallo: quia ſic bis communicaret: dari autem tutò poterit communicaturo ſimul cum alia particula: quia tunc eſt una moraliter communio.

37 Quod dictum eſt, ſi adeſt ſacrarium debere in eodem ſervari, vel, ſi adeſt Sacerdos ſacrificaturus, debere eidem dari fragmentum inventum alterius ſacrificii; intelligit meritò Fagundez, p ſi prædictum fragmentum ſit vel integra particula, vel notabile, & grandiuſculum: nam ſi ſit parvum, probabiliſsimum eſt, poſſe à non jejuno Sacerdote, poſt ablutionem, dum adhuc eſt in altari, abſumi. Ratio eſt, quia talia parva fragmenta facile deperduntur. Vnde major reverentia erit, ſi aſſumantur à non jejuno Sacerdote, quam ſi cum tali periculo in ſacrario conſerventur, vel, cum eodem periculo, dentur Sacerdoti ſacrificaturo.

p *Fagun. 1. Eccleſ. præc. l. 3. c. 18. n. 2.*

q *Fagund. n 3. citās Henriq.*

q Vnde infert, quòd poteſt Sacerdos ſine ullo ſcrupulo Pixidem purificare, & ſumere reliquias illius, dum eſt in altari poſt ablutionem, ſi ante ex inadvertentia non purificavit: reputatur enim id totum una ſacrificii moralis conſumptio.

38 Siſte autem hic pauliſper (amice Lector) nam quæ n. 35. de fragmento proprii ſacrificii dicta ſunt, ex Suarii, Henriquez, Fagundez, Bonacinæ, r aliorumque doctrina probabiliore dicta ſunt. Cæterum Marchinus ſ contendit etiam reliquias alterius ſacrificii ſive minimas, ſive grandiuſculas, poſſe Sacerdotem ſumere, ſi eas advertat in altari finita miſſa, etiam poſt multos communicatos. Ratio, propter quam mihi videtur probabilis, & tuta hæc opinio (quamvis Marchinus hujus rationis vix meminerit) eſt, quia diverſitas miniſtri, & ſacrificii non vi-

r *Citati à Marchin. mox citando.*

ſ *March. ord. tr. 3. p. 3. c. 3. n. 19.*

detur probabilis, & tuta hæc opinio (quamvis Marchinus hujus rationis vix meminerit) eſt, quia diverſitas miniſtri, & ſacrificii non videtur obſtare; cum omnes ſint Chriſti miniſtri, unumque ſit veluti ſpecie ſacrificium. Et ſicuti jejunus Sacerdos poteſt ſumere hoſtiam à ſe conſecratam, & ſimul aliam præconſecratam ab alio Sacerdote, atque adeo non ſui ſacrificii, ut omnes concedimus, idque ob illam rationem, quia eſt idem Chriſti miniſter, eademque Euchariſtia; ita, ob eandem rationem, poterit ſumere reliquias quaſcunque poſt miſſam. Nam eo ipſo, quòd ſunt conſecratæ à miniſtro Chriſti, habent relationem ad quemcunque Sacerdotem, qui pariter eſt miniſter Chriſti, & poſſunt dici reliquiæ ſacrificii cujuſcunque Sacerdotis, cum ſint reliquiæ continentes eundem Chriſtum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Non poteſt autem ullus Sacerdos hoſtiam grandem, ſeu particulam integram conſecratam advertẽter relictam ſumere poſt ablutionem: quia, quamvis ſit ſui ſacrificii, eundemque Chriſtum continens; non eſt tamen materialiter reliquia, ſeu fragmentum: ad ſolas enim reliquias ſive magnas, ſive parvas, ex uſu Eccleſiæ, & omnium Sacerdotum praxi, extenditur illa facultas ea ſumendi poſt ablutionem.

59 Confirmat Marchinus eandem ſuam ſententiam. Primò quia ſic audivit practicari in multis Religionibus eximiæ doctrinæ, & ſanctitatis. Secundò, quia difficile eſt rectè ſcire, an illæ reliquiæ inventæ poſt ablutionem ſint ex præconſecratis ab alio, vel à ſe ipſo: cum ſæpiſsimè in patena, vel calice reperiantur etiam particulæ conſecratæ ab alio.

Tertiò in die Paraſceves, poſt ſumptionem ablutionis, Sacerdos conſumit reliquias præconſecratas die præcedenti, ſi quæ in patena, vel calice remaneant: ergo idem licebit omni tempore. Hæc ille.

40 Hinc collige eam neceſſitatem aſſervandi majuſculum fragmentum in Sacrario, dictam num. 36. ſolùm debere intelligi de tali fragmento ſive ſui, ſive alieni Sacrificii invento poſt ſpoliatas ſacras veſtes. Nam fragmentum ejuſmodi inventum in altari ſive ſui, ſive alieni Sacrificii; poteſt, ut dictum eſt, ex hac Marchini probabili, ſententia, aſſumi à Sacerdote in prædicto altari, etiam poſt finitam miſſam, multoſque communicatos. At idem fragmentum ſive ſui, ſive alieni Sacrificii inventum in Sacriſtia ante ſpoliatas ſacras veſtes idem Marchinus negat poſſe à Sacer-

dote ſumi: quia poſtquam abaltari receſsit, judicatur (ait) completum Sacrificium. Verum an ex eo, quod ſupra num. 35. ex Granado attulimus, aliud ſequi probabiliter dici poſsit, tu conſidera.

41 Poteſt ſexto à non jejuno ſacra Euchariſtia ſumi, quoties id debita Chriſto reverentia requirit. Hinc ſi timetur ab Hæreticis conculcanda, ut ſupra dixi c. 1. n. 68. vel ab animali bruto comedenda, vel aliquo modo comburenda, vel quid ſimile; ſatiùs erit à non jejuno fideli abſumi, quam talia permitti.

42 Septimò huc reduci poteſt quando Sacerdos advertit particulam hoſtiæ infuſam in calice ipſi calici hæſiſſe, nec cum vino conſecrato ſimul ebibiſſe: tunc enim vel poteſt digito ad labrum calicis adducere, vel meliùs, propter majorem decentiam, poteſt ſemel, bis, ter, & quoties opus

opus *t* fuerit infundere vinum purificationis, & ſimul cum illo abſumere, quamvis timeatur, vel occurrat prius deſcendere *u* in ſtomachum vinum illud, quàm ſacram hoſtiam.

t *Pag.3 Ecc præc. l.3. c6 num 4.*

u *Vide De Lugo de Euchar. d.15 ſec.4 n.79.*

42 Simile quid licet in laicis infirmis, quibus, poſt ſumptam particulam, ſimul cum ablutione, vel paulo poſt licebit reliquias Sacramenti inventas in calice, vel pixide tradere, ut de praxi timoratorũ teſtatur Marchinus. *a* Ratio eſſe poteſt quia cum admodum parva mora illa ſit, cenſetur eadem moraliter comeſtio: & ex alia parte, in tali occaſione infirmorum, ſic expeditius cum decentia conſumuntur illæ ſacræ reliquiæ.

a *March. tr.3.p.3. c.3.n.18.*

44 Octavò, huc item reducitur quando Sacerdos poſt conſecrationem unius, vel utriuſque ſpeciei repentinè moritur, vel Sacrificium perſequi non poteſt: Tunc enim, ſi non adſit alius Sa-

cerdos jejunus, debet *b* à non jejuno perfici Sacrificium. Nam id expoſcit reverentia tanto Sacrificio debita, ut nimirum imperfectum non relinquatur.

45 Si Sacerdoti injiceretur mortis metus cadens in conſtantem virum, ſi non jejunus celebret, idque non in contemptum Religionis, ſed v.g. ut alii audirent miſſam, poteſt *c* is Sacerdos ſic celebrare. Ratio eſt quia ex una parte non cum tanto diſpendio obligant præcepta humana: & ex alia hujus, de quo loquimur violatio, non videtur, ne implicitè quidem, involvere talem irreverentiam, ut timeatur de aliquo virtuali contemptu. *d* Nam ſi eſſet in contemptum; nullo pacto profectò liceret: quia tunc eſſet intrinſecè malum, & ex nullo timore vel mali, vel mortis admittendum.

46 Denique ſi petas, quisnam diſpenſare poſſit in hujuſmodi

b *In rubr. miſſ. de defectib. occurrentibus n. 3. Fagun. 3. Eccl præc. l.3. c.5. n.27 & paſſim Doctores.*

c *Ochag. de Sac. tr.2 q.12. n.15.*

d *De Lug. de Euch. d.15 ſec.3. n.55.*

modi præcepto jejunii naturalis ante Communionem? Reſpondeo, ſolum Summum Pontificem, ex communi Doctorum ſententia: qui tamen de facto, ut advertit De Lugo, *e* nec ipſe diſpenſare ſolet. Rectè autem dictum eſt (ſolet) ſiquidem diſpenſaſſe aliquando, nempe Imperatori Carolo V. tradit *f* Famianus Strada.

*e De Lugo ibid.*

*f Famian. Strada. De Bello Belgico l.1 dec.1.*

## §. 9.

### *De Communione in azymo, & in fermentato.*

1 CVm certum ſit, & fusè à Theologis *a* probatum tum azymum, tum fermentatum panem eſſe materiam conſecrabilem, quo ad validitatem Sacramenti: Græcam vero Eccleſiam in fermentato, Latinam in azymo ritè conſecrare: atque adeo Fideles utriuſque Eccleſiæ ſuo quiſque ritu ſacram Eucha-

*a S.Th. 3. p. q 74. artic 4. & ibid Theol. Suar. de Euc d.44. sec 3. Laymann. l. 5. tr.4. c.2. n 4. Alii-*

riſtiam ſumere conſueviſſe; aliqua quæ poſſunt in praxi occurrere, operæ prætium eſt explicare: præſertim nobis in Sicilia ſcribentibus, ubi multi (etiam integra Oppida) ſub Græco ritu Catholicè vivunt. Id, quod tamen, ut diſtinctius explicetur, altius eſt repetenda diſputatio, nimirum ab ipſo ritu conſecrandi in azimo, vel fermentato, ut facilius ad communionem in iiſdem explicandam, quæ ad nos pertinet, accedamus.

## §. 11.

### *An Sacerdos celebrare debeat in azymo, vel fermentato.*

2 Certum eſt primò, ex neceſsitate præcepti, à quolibet Sacerdote, *b* juxta propriæ Eccleſiæ conſuetudinem, hoc eſt à Græco in Græca Eccleſia fermentatum, à Latino in Latina Eccle-

*b S. Thom. Suarez, Laym. citati, aliique mox citandi.*

Eccleſia azymum aſſumi debere ad conſecrandum: ſi ſecus fiat, peccari mortaliter, Ratio eſt ſenſus Eccleſiæ ſemper conſuetudinem hanc graviſsimam in utroque reſpectivè ritu judicantis. Adde Concilii *c* Florentini authoritatem. Adde & Pii V. conſtitutionem *d* ibi. Ne Græci Latino more, & Latini Græco ritu miſſas, & alia divina officia celebrent.

c *Concil. Flor. in literis unionis.*

d *Pius V. conſt.* 12

3 Hinc infert *e* Suarez, & Layman *f* neque in caſu neceſſitatis dandi ægroto Viaticum, quando deeſt materia proprii ritus, & ſuppetit alia, licitum eſſe Græco in azymo, Latino in fermentato conſecrare. Ratio eſt, quia ad Eccleſiæ majeſtatem, tantique myſterii reverentiam ſpectat, ut non niſi ſervatis Eccleſiarum antiquis ritibus, qui graviſsimi & ſtrictiſsimi juris ſemper judicati ſunt, (qualis eſt hic ſine controverſia) conficiatur.

e *Suar. de Euc. d* 44. *ſec.* 3. *in fine.*

f *Laym. l.* 5. *tr* 4. *c.* 2. *n* 4.

tur. Neque enim propter neceſſitates privatas debent publicæ, & univerſales, graveſque conſuetudines negligi. Bonum igitur Religionis publicum, debet præferri bono ſpirituali particulari moribundi; multo magis, quia Euchariſtiæ ſumptio non eſt ita abſolutè neceſſaria ad ſalutem, ſicuti pœnitentia, & baptiſmus.

4 Quid ſi aliud Sacramentum talis infirmus, v. g. pœnitentiam habere non potuerit, ita ut credatur poſſe, ex probabili ſententia ☙ judicari ponendum in gratia per receptionem Euchariſtiæ? Reſpondeo, neque eſſe puto permittendum: quia non eſt aperienda via ad tam gravem conſuetudinem deſerēdam: nam ſic etiam aperietur via ad faciendum ſacrum in ſimili neceſsitate, ſine ullis veſtibus ſacris, ſub veſperas, in una tantum ſpecie, imò & conſecrare ſine miſſa, &c.

☙ Sup. c. 1. §. 1. n. 2.

Impu-

Imputet igitur ſibi infirmus, ſi nolit (cùm Dei gratia ſemper præſto ſit) conterere, & ſic juſtificari. In tanta neceſsitate inclinarem ad id, ad quod etiam, pro ordinario Viatico, videtur inclinare Suarez, *h* ut nimirum poſsit Græcus in Eccleſia Græca celebrare in azymo, non vero Latinus in fermentato. Ratio eſt, quia minus eſt recedere à conſuetudine partis, quàm à conſuetudine capitis: Quoniam ergo Græcus recederet à more Eccleſiæ Græcæ, quæ eſt membrum, ſeu pars: Latinus verò à more Eccleſiæ Latinæ, quæ eſt caput; videtur Græcus poſſe excuſari in tanta neceſsitate ad conſecrandum in azymo, non vero Latinus in fermentato.

h *Suarez dicta sec 3. fine.*

5 Certum eſt ſecundò cum ſoleant in Eccleſia Latina eſſe aliqua templa, ubi Græcis Græco ritu: & in Eccleſia Græca ubi Latinis Latino more celebrare

conceditur; certum inquam eſt quemlibet in dictis reſpectivè templis, etiam ſi ſolum per tranſitum ibidem inveniatur, debere *i* ſuum ritum ſervare. Ratio eſt quia tunc perinde ſe habent, ac ſi in propria Eccleſia verſarentur: propterea enim hoc privilegium habendi ibi ſua templa conceſſum cenſetur, ut quilibet ſuum illæſum cuſtodiat ritum. Quamobrem, quia Panormi v. g. exiſtit templum S. Sophiæ, & Meſſanæ templum S. Catharinæ, ubi Græci Græco ritu celebrant; non poterit Græcus in iis Civitatibus niſi more Græco ſacrificare.

*i Suarez ibid §. illud vero.*

6 Quod ſi contingat, quòd Latinus celebrare velit in dictis eiſdem templis Græcorum; non poterit *l* niſi more Latino ſacrificare: & ſimiliter ſi contingat quòd Græcus ibidem habitans celebrare velit in templis Latinorum; more Græco celebrare opor-

*l Suar ib. Coninch. de Euch. q 71 ar 4 dub 3 n 119.*

oportebit. Ratio eſt, quia cum ibi habeant ſua templa; judicantur eſſe in ſua Eccleſia, & per accidens eſt, quòd nunc ſacrificent in templo alieno. Atque id quod dicimus quando in noſtris regionibus exiſtunt Græca templa; dicendum erit de regionibus Orientalibus, quando ibi adſunt templa Latina. Et quidem ita obſervari vidi in oppido La Piana in diœceſi Montis Regalis, ubi ſunt ſua templa pro Græcis, & ſua pro Latinis Nam quando accidit ut Latinus miſſam celebret in templo Græcorum, & Græcus in templo Latinorum; ſuum ritum quiſque cuſtodit

7 Difficultas igitur ſupereſt, quid dicendum quando Græcus Sacerdos invenitur in partibus Occidentalibus, Latinus vero in Orientalibus, ubi ſui ritus templa non adſint?

Dico eſſe diſtinguendum: nam

vel hic Græcus, Latinuſve mutavit omnino domicilium, animo ſcilicet ibi perpetuò manendi, vel non mutavit domicilium; ſed eſt ibi per tranſitum, ſeu etiam per habitationem alicujus temporis: Si primum, debet in ritu Eccleſiæ, ubi ſedem fixit, celebrare, nec poteſt *m* in ſuo, ſinè Pontificis privilegio. Ratio eſt quia jam eſt membrum Eccleſiæ, in qua firmam poſuit ſedem ſui domicilii: ergo ejuſdem Eccleſiæ mores excipere tenetur. Ita Suarez, & Coninch loquentes de Sacerdore Græco, eademque eſt ratio de Latino. Si ſecundum, licet poſſit *n* conformem ſe reddere cum ritu loci, in quo eſt, & conſequenter Græcus in azymo; & Latinus in fermentato conſecrare; non tamen obligatur, *o* cum poſſit in ſuo ritu perſiſtere, ſi libeat. Ratio eſt quia eſt probabiliſsima opinio,

*m Suar. ibi. §. dicto illud vero in fine.*

*n Suarez dicto §. illud vero Coninch. de Euch. q. 74. ar. 4 dub. 3. n. 117.*

*o Id. ibid.*

nio, p quemlibet tranſeuntem per aliquem locum poſſe, ſed non teneri ſe accommodare cum conſuetudinibus loci, per quem tranſit.

p Coninck d. q 74. ar. 4. dub. 3. Caſtrop. tr. 1. de leg. diſp. 1. p. 24. §. 3. n. 11. Merolla d. 4. de leg. c. 3. ſec. 4. n. 536.

8 Adverto primò melius, & expeditius eſſe, ſi in ſuo ritu quis celebret. Ratio eſt quia hæ non ſunt conſuetudines propriæ locorum, ſed univerſales utriuſque Eccleſiæ, quas præſtat obſervari à quolibet, quandiu eſt ejuſdem Eccleſiæ membrum & pars: at talis ſupponitur in caſu noſtro, cum non dum mutaverit abſolutè domicilium. Adde conſuetudinem, quæ ſic jam videtur eſſe introducta, fundaturque in eo, quod difficile eſſet Græco tranſeunti etiam cum aliqua mora per regiones Latinas, ritus, & ordinem, ceremoniaſque Latinas ediſcere: & ſimiliter Latino per regiones Græcas. Suas ergo quiſque miſſas & expeditius recitabit, & melius in

ſuo

ritu conſecrabit. Quod certè videtur inſinuari à Leone IX. *q* ibi. Vt quiſque juxta ſuæ Eccleſiæ ritum celebrare ſinatur, etiam ſi in alieno ſolo verſetur.

*q Leo IX. in ep. ad Michael conſt. c. 29.*

9 Adverte Secundò licet in aliis caſibus peregrinus teneatur *r* legibus loci ſe accommodare, quando non eſt in tali loco per brevem tranſitum, ſed per aliquod notabile tempus, puta per majorem anni partem: dantque exemplum Doctores de ſtudioſis extraneis, qui verè dicuntur habitare in ea urbe ubi ſtudent, non tamen habere domicilium: licet, inquam, ita ſit in aliis caſibus; tamen in hac noſtra materia, niſi Græcus, Latinuſve fixam ſedem, modo ſupra dicto, poſuerit, quamvis per aliquod tempus notabile ibidem fuerit; non tenetur, licet poſſit, loci celebrandi ritum excipere. Id quod licet non tam clarè docuerit Suarez, *ſ* clarius docet Ca-

*r Sanch. Leſſ. Suar aliique apud Merollam cit. ſec. 3. n. 523.*

*ſ Suarez dicto §. illud vero.*

Coninch, *t* & merito: nam rationes, modo numero præcedenti allatæ, id etiam probant.

t *Coninch d. dub. 3. n. 118.*

### *An Laicus Græcus in azymo, & Latinus in fermentato licitè communicare aliquando poſſit.*

10 FAgundez *a* docet Græcum communicando in azymo, & Latinum in fermentato peccare mortaliter, citatque S. Thom. *b* Cajet. *c* Suarium. *d* Idem repetit paulo poſt, etiam ſi communicare velint ex devotione: & præter dictos citat Tolet. *e* Henriquez *f* & Bellarminum: *g* qui omnes à me diligenter viſi in citatis à Fagundez locis, id non dicunt: loquuntur enim de Sacerdotibus conſecrantibus, nec mentionem faciunt de laico communicante: & licet è conſecratione potuerit trahi conſequentia ad communionem;

a *Fag. 3. Eccl. præc. l. 2. c. 2. n. 5. 6.*
b *S. Th. 3. part. q. 74 art. 4.*
c *Cajet. ib.*
d *Suar d. §. illud vero*
e *Tolet. l. 2 c. 25. n. 6.*
f *Henriq. de Euch. l. 8 c. 10.*
g *Bell l. 4 de Euch. c. 8.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nionem; illam tamen ii Doctores non deduxerunt, nec certè abſolutè erat deducenda, ut ex dicendis patebit.

11 Dico Primo laicus Græcus in partibus Orientalibus, Latinus in Occidentalibus peccatum mortale regulariter committit, ni communicet in ſuo ritu. Ratio eſt prædicta Eccleſiarum conſuetudo, quæ ſine dubio propter connexionem, quæ eſt inter conſecrandum, & communicandum, huc ſe debet extendere, quando aliquid in contrarium non adeſt.

12 Dixi (regulariter, & quando quid non eſt in contrarium) ſiquidem hic poteſt eſſe caſus: qui, quamvis rariſsimè contingat; oſtendit tamen diverſitatem obligationis, quam contrahimus in communicando, ab ea, quam contrahimus in conſecrando. Fac enim in Orientali Eccleſia adeſſe Græcum moribundum

(&

(& idem in hoc caſu erit in Occidentali de Latino) qui indigeat Viatico, nec adſit ibi, niſi Sacerdos Latinus Pereginus, qui ſacrum confecerit in azymo: poterit ne hic Græcus infirmus communicari pro Viatico in azymo? Profectò poſſe puto. Ratio eſt Primò: quia conſuetudo graviſsima ſervandi hos univerſales ritus de azymo, vel fermentato; pro conſecratione à Doctoribus citatis adducitur: pro laica communione, nequaquam. Et ipſe Pius V. *h* ſupra allatus dum ſic inhibet: Ne Græci præcipuè uxorati, Latino more, & Latini Græco ritu miſſas, & alia divina officia celebrent, vel celebrare faciant: clarè de conſecratione loquitur, non de laica communione. Secundò quia favet diſparitas non mediocris: continet enim longè quid minus de ritu Eccleſiæ laica communio, quàm Sacrificium; hoc enim eſt

h *Pius V. conſt. 12.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex ſe publicum, illa privata: hoc involvit ſexcentas ceremonias, illa ſatis pauca: in hoc conficitur Sanctiſsimum Chriſti Corpus, adeoque conficitur Sacramentum, in illo, ſolum quod confectum eſt, diſtribuitur, &c. Tertiò quia caſus propoſitus tam rarus eſt, ut non potuerit tam ſæpè eveniſſe, ut conſuetudinem induxerit. Quartò non poſſum mihi perſuadere piam matrem Eccleſiam invitam cenſeri in communicando ægroto, per alienum ritum Catholicum, unde nullum ſcandalum, nulla irreverentia, nullus novus ritus inducendus timeatur: & unde denique, propter raritatem eventus, nulla anſa tribui præſumatur univerſales conſuetudines non ſervandi: quæ omnia timeri facilius poterant in conſecrando per alienum ritum, ut ſupra num. 3. dictum eſt.

13 Dico Secundò Græcum in

Latina Eccleſia, ubi templa ſunt Græcorum, & Latinum in Eccleſia Græca, ubi templa ſunt Latinorum, ex antiquiore conſuetudine debuiſſe in ſuo ritu communicare: ſed ex conſuetudine, recentiore, ſaltem in noſtris his Siciliæ partibus, eos aliter obſervare, non immerito, poſſe. Ratio prioris partis eſt, quia, ut ſupra i diximus, ad hoc conceſſa ſunt illa templa alieni ritus, ut quiſque ſuum ſervet: intellige cum exceptione dicta numero præcedente.

i *Sup. n.* 35

14 Ratio poſterioris partis eſt ea, quam proponendo caſum, de quo olim Meſſanæ interrogatus fui, jam ſubdo. In noſtro domus profeſſæ templo ſingulis menſibus celebratur ſolemnis fidelium communio, ex privilegio Summi Pontificis conceſſo, in eam formam, ut qui ibidem Sacram Euchariſtiam ſuſcipit, Indulgentiam pleniſsimam lucretur. Græ-

ci ergo non nulli Græco more Meſſanæ viventes, ſolitique in fermentato apud templum S. Catharinæ , ubi Græcus ritus ſervatur, communicare, interrogaverunt noſtros an poſſent apud noſtrum Societatis templum Euchariſtiam in azymo recipere , Indulgentiamque lucrari ? Ex Fagundez num 10, allato, videbatur multis, negativè, eſſe reſpondendum : Nihilominus putavi non eſſe illos tanto bono defraudandos, atque adeo poſſe. Motus fui Primò quia Pontifex , dum eam Indulgentiam omnibus Fidelibus concedit, non videtur velle excludere Græcos ibidem commorantes: quare cum ex alia parte determinet locum communionis, ubi non niſi in azymo Euchariſtia diſtribuitur ; videtur implicitè concedere facultatem in illa communicandi. Secundò quia non ſolum in hoc caſu, ſed etiam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nulla interveniente cauſa, Panormi, ubi nihilominus exiſtit templum Sanctæ Sophiæ, in quo ſervatur pro Orientalibus Orientalis ritus, Auditores noſtrarum ſcholarum Græci Græco ritu viventes, paſsim, in noſtris Congregationibus, tēpliſq; communicant, perinde ac ceteri Latini, in azymo: id quod, cum ego obſervaſſem, atque à P. Franciſco Scorſo noſtræ Societatis viro docto, & erudito, qui uni ex iis Congregationibus Philoſophorum præerat, inquiſiſſem, atque is, mea interrogatione motus, ab ipſis Græcis eſſet rem ſciſcitatus? reſponderunt ſe ſine ſcrupulo ſemper ita feciſſe, nec eſſe à ſua conſuetudine repellendos: quare nec nos repulimus. Tertiò quia cum ego minimus Theologi munere immeritò fungerer apud Illuſtriſsimum Archiepiſcopum Montis Regalis Dominum D. Ioannem de Torreſiglia,

in

in viſitatione Oppidi La Piana ejus diœceſis, adverti Græcos non infrequenter in Eccleſia Latina (quæ ibi cum ſuo Archipresbytero, ſeu Parocho Latino pro Latinis reſidet) in azymis ſine ullo ſcrupulo communicare: non verò è contra Latinos in templis Græcorum in fermentato. Quare rationem diverſitatis inquirere volui: responderuntque ii Sacerdotes id fieri, quia cum ſit univerſalior ritus Romanus, quàm Græcus; licet Græco-Romanum, utpote univerſaliorem, ſequi: non verò Romano Græcum. Hæc illi. Sed licet ratio hæc nimis probet, probat enim Græcos etiam in Eccleſia Græca exiſtentes, ad libitum, Latinos ritus ſequi poſſe; tamen, & tangit rationem, quam ex Suario ſupra num. 4. diximus: & ſatis mihi eſt, uſurpationem illam Græcorum communicandi
ali-

aliquando in azymo, non ſtatim, ut omnino illegitimam, eſſe damnandam. Nam propterea, me authore, à tali conſuetudine Illuſtriſsimus Præſul oppidanos illos nequaquam dimovit.

Hactenus de reſolutione Meſſanæ data: ex qua, quod probare intendebamus, jam probatum manet.

15 Dico Tertiò de Græco verſante inter Latinos, ubi nullum exiſtit templum Græcum, & de Latino verſante inter Græcos, ubi nullum adeſt Latinum templum, eſſe diſtinguendum. Si enim Fidelis mutavit domicilium; debet regulariter communicare ritu domicilii. Ratio eſt eadem, ac dicta ſupra num. 7. quia ſcilicet factus eſt pars illius Eccleſiæ, in quâ ſedem fixit. Dictum autem eſt (regulariter) propter illa, quæ dicta ſunt n 12. Si vero domicilium non mutavit, ſed eſt iter agens, vel incola

per aliquod tempus; poterit cõmunicare, ut libet, vel in azymo, vel in fermentato. Ratio eſt eadem, quæ dicta eſt eodem nu. 7. quia ſcilicet probabile eſt Peregrino dari facultatem, ſed non obligationem ſequendi ritus loci. Ex defectu tamen proprii ritus oriri ſolet, ut is aſtrictus ſit communicare ſemper in alieno, quando ſuus non adeſt. Ita Montis Regalis, ubi nullum eſt templum Græci ritus, Græci adoleſcentes, ex dicto oppido La Piana, aliàs Græco ritui addictiſsimi, in azymo, ſemper, more Latinorum, cum fermentato carent, communicant.

# CAP. III.

## De iis, quæ ad Communionem pertinent, poſtquàm peracta eſt.

### §. 1.

### *An ſtatim à Communione comedere liceat.*

1 LIcet maximè conſulendum ſit à peracta Communione, non ſtatim ad comedendum evolare; tamen id in præcepto non eſt. a Nec obſtat capitulum Tribus gradibus de Conſec. diſtinct. 2. ubi ei, qui mane ſumpſit Euchariſtiam, pręcipitur jejunium uſque ad ſextam: & ei, qui ſumpſit tertia, vel quarta hora, idem præcipitur uſque ad veſperam: non obſtat, inquam,

*a Valent. aliique quos citat & ſequitur Laym l. 5. tr. 4 c. 6. n. 23 fine & Marchin. de ord. tr. 3. p. 3. c. 3. fine.*

inquam, quia, is Canon jam eſt uſu abrogatus.

## §. 2.

*An ſtatim ab accepta Communione expuere liceat.*

2 CErtè congruum eſt expectare aliquantiſper: diu enim neceſſe non eſt: cum ſpecies Sacramentales, natura ſua, in ſtomacho cito corrumpantur: nihilominus, ſtatim poſtquam non eſt periculum, quòd aliquod fragmentum in ore remanſerit; expuere, non eſt illicitum: a quia nullum, hac de re præceptum extat.

a *March. ibid.*

## §. 3.

*An aromata ruminare, ad evocancandum phlegma, liceat, ſtatim à Communione.*

3 LIcere, ſicut licet expuere, quia nullum præceptum eſt

eſt in oppoſitum, colligi poteſt ex modo dictis §. præcedenti. Et Confirmatur: nam ſputum, ſeu ſaliva ex capite defluit in os: ut habet, præter Medicos, S. Gregorius a Non eſt igitur cur timeatur irreverentia ſacris ſpeciebus, quæ, dum indigeſtæ ſunt, in ſtomacho reſident. Illud autem phlegma, quod Maſtice, Pipere, Tabbacco, vel ſimili evocatur; ſputum eſt, & ſaliva. Nam ſi quando adhibeatur aliquid ejuſmodi, ut vomitus à ſtomacho excitetur; longè alia ratio eſt: de quo jam ſubdo.

*a S. Greg. Hom. 10. lib 1. in Ezech. ante mediũ.*

§. 4.

*Quando nam liceat Infirmo poſt peractam Communionem, evomere.*

4 ACcidit nonnunquam ut ſumpta Communione, indigeat quis vomitum provocare. Quando nam id licebit?

a *Jo. Sanc-ini ſelect. d. 38. n. 2.*

Puto licere poſt horam: quia tunc ſacræ ſpecies digeſtæ *a* regulariter ſunt. Dixi (regulariter) nam ceterùm in valido ſtomacho, vel in minori quantitate, citius: in infirmiore, vel in majori quantitate, tardius digeſtio illarum fieri poterit. Novi ego infirmum, qui integrum ſacrum orbem, poſt mediam horam, & aliquanto plus, ſuperveniente ſingultu, evomuit. Si quando ergo tibi poſt horam provocanti, id etiam occurrat; per accidens erit: & illud de illis ſacris ſpeciebus fiat, quod diximus ſupra c. 2. § 5 n 14.

5 Dixi iterum (regulariter) quia in caſu veneni licet evomere etiam ſtatim à communione. Quando enim moneretur quis, quòd ſpecies à ſe ſumptæ venenatæ fuerint; poterit ſtatim. Et quidem tunc de iis adaptari poterit illud, quod in ſimili dixit

S. Tho-

S. Thomas: *b* Calix vitæ verti in mortem non debet. Idem propter paritatem rationis eſſet ſi venenum fuerit immiſtum in ablutione, vel quocunque cibo, quem quis poſt communionem ſumpſerit.

b S. Th. in 3 p q. 83. art. 6. ad 3.

6 Sed quid ſi Fidelis jam proximè Euchariſtia refectus incidat in febrim, vel ſimilem morbum, propter repletionem v.g. dici externi, ac Medicus vomitum conſulat: vel ipſemet experientia novit vomitu ſibi ſedari malum conſueviſſe? Dico, ſi grave ſit malum, ita ut ni ſtatim à Communione evomat, jure timeatur mors, vel graviſsima infirmitas; eandem eſſe rationem, ac de veneno: jam enim vicem veneni gerunt ii pravi humores in ſtomacho: caſum tamen rarò evenire in facto poſſe cenſeo. Regulariter ergo erit tandiu exſpectandum, quandiu judicabitur ſacras ſpecies in ſto-

macho fuiſſe corruptas, hoc eſt unam horam communiter, ut modo dictum eſt.

§. 5.

*An ſit novum, vel majus peccatum illud, quod ipſa die Communionis committitur.*

5 EO die, quo communicas diligentius in virtutum actibus te exercere, decentius eſſe, quis ambigit? At nec eſſe novum peccatum, nec mortaliter ſaltem aggravari illud, quod eo die patratur, quo communicaſti; mihi, & omnibus certum eſſe debet: citrà enim contemptum (cum quo ſemper eſſet novum mortale) unde addi poſsit tam rigoroſa gravitas non apparet.

§. 6. An

## §. 6.

### *An poſt peractam communionem liceat eodem die ad uxorem accedere.*

6 EX bono fine, ut ex amore prolis, vel ad evitandum incontinentiæ periculum, vel ad reddendum debitum, licere non eſt dubium. Quæſtio igitur ſolum eſt: an ſit veniale debitum petere cauſſa ſolius voluptatis. Eſſe veniale docet Silveſter, Angelus, Beja apud Marchinum. *a* Nullum eſſe peccatum tenet Sanchez: *b* & meritò, quia, quamvis ſanum ſit conſilium eo die abſtinere; tamen non eſt unde prohibeatur: dummodo non fiat ſtatim à communione: tunc enim magna videretur irreverentia.

7 Dices, idem Sanchez, *c* ut nos ſupra *d* citavimus, docet eſſe regulariter veniale accedere

a *March. de ord. tr. 3. p 3. c. 2. n. 16.*
b *Sanch. de matr. l 9. d 13. n. 17.*
c *Sanchez ibid. n. 8.*
d *Sup. c. 2. §. 1 n. 5. in fin.*

ad

ad Euchariſtiam poſt copulam exactam ob delectationem: ergo per ipſum debet eſſe etiam veniale accedere ex voluptate ad uxorem poſt acceſſum ad Euchariſtiam: par enim irreverentia apparet utrobique, vel certè utrobique nulla. Reſpondeo negando adeſſe parem rationem: nam copula habita ex delectatione ſolet afferre, ut ibidem diximus, ex eodem Sanchez, mentis hebetudinem, magnamque diſtractionem, quæ voluntaria diſtractio in bona ſententia ſuperius *e* allata, ab eo qui communicat propter reverentiam fugienda eſt: at, peracta jam communione, mentem ad alia negotia ſponte diſtrahere non prohibemur.

*e* Cap. 1. §. 5. n. 13.

CAP. IV.

# CAP. IV.

## De Præcepto Communionis Paſchalis.

1 AD Sacram Euchariſtiam percipiendam ſive præcepto humano, ſive divino, obligamur: Primò in Paſchate: *a* Secundò inſtante morte: *b* Quoniam verò de ſingulis eſt ſigillatim agendum; initium facimus à præcepto Communionis Paſchalis, quod fertur in c. omnis utriuſque de pœnit. & remiſſ. ubi ſic habetur. Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſt quam ad annos diſcretionis pervenerit, ſemel ſaltem in anno, confiteatur, ſuſcipiens reverenter, ad minus in Paſcha, Euchariſtiæ Sacramentum: niſi fortè de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſſam, ad tempus, ab hujuſmodi perceptione

a *c. Omnis utriuſque de pœn. & rem.*

b *De Lugo diſp. 16. de Euchar. ſec. 2. n. 32.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ptione duxerit abſtinendum: alioquin, & vivens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura. Hæc Canon Innocentii in Concilio Lateranenſi. Iam ſi ſingulas ejus clauſulas breviter percurramus; omnia quæ huc pertinent, bono ordine, explicabuntur.

## §. 1.

## Omnis utriuſque ſexus Fidelis.

*Ubi, quid de non Baptizatis, Energumenis, ſtolidis, & ſimilibus.*

2 REctè (Fidelis) nam Eccleſiæ præcepta nec Infideles, nec Cathecumenos, utpote nondum intra Eccleſiam per Baptiſmum introductos afficiunt. Scio aliquos *a* probabiliter opinari, non baptizatos teneri

a *De Lugo de Euch. d.* 16 *ſec.* 2 *n.* 17.

neri ſub mortali, ſe per baptiſmum reddere aptos ad communionem: ni faciant, peccare dupliciter. Primò quia reſpuunt Baptiſmum. Secundò quia capaces ſe Euchariſtiæ reddere negligunt. Verum, alios *b* ejuſmodi ſecundum præceptum negare etiam ſcio: & meritò: hoc enim præceptum, quod Chriſtus indeterminatè dedit, reliquit determinandum pro tali, vel tali tempore ab Eccleſia. Cum igitur Eccleſia non determinet pro non baptizatis, qui ad ipſam non pertinent, remanet pro his illa indeterminatio, atque adeo nulla obligatio: ſiquidem ad indeterminatum obligari poteſt nemo.

b *Sotus apud eund.*

3 Iam verò ut ſciamus, quinam, ex fidelibus obligentur in Paſchate communicare videndum eſt, quibus nam ex iiſdem, communicare poſſe conceditur:

hos enim omnes comprehendit illud (omnis utriuſque ſexus.)

### *De Energumenis.*

Dubitatur ergo primò an Energumenis danda ſit communio, & conſequenter an ſint in Paſchate ad illam obligandi. Sanè Energumenis olim, propter indecentiam, negabatur communio: poſtea tamen conceſſa eſt, ut patet ex Concilio Arauxicano primo can. 14. ſemper intellige, dummodo cetera requiſita non abſint, ut nimirum Energumenus devotè petat, non ſit periculum irreverentiæ, &c.

e *Vaſq. de Euch. diſput.* 212. *c.* 4.

### *De Fatuis, Stolidis, Surdis, Mutis, &c.*

4 Dubitatur ſecundò an liceat ſemifatuis (nam omnino, & perpetuo amentibus nunquam licet dare communionem,

nem,) ut etiam ſtolidis: quales ſunt multi Africani, ſimileſque debilem uſum rationis habentes. Dico his non eſſe denegandam, d ſi non ſit periculum irreverentiæ: Idem cenſeo de amentibus, quando habent e aliquod lucis rationis intervallum. Idem de mutis f & ſurdis, etiam à nativitate: tum quia hi ſolent eſſe perſpicacioris ingenii: g tum quia ſatis eſt, ſi mediocri rationis uſu potiantur. Neque obſtat hos aliquando debiliore rationis uſu pollere, quam polleant pueri decennes v. g. quibus nonnulli, ut infra dicemus, communionem interdicunt: non obſtat, inquam, nam pro his eſt ſpes perfectioris judicii, quo habito ab Euchariſtia non excluduntur: at illis, cum non ſperentur meliorandi, ſemper deneganda eſſet, quod non patitur pia mater Eccleſia. Iis, qui uſum rationis habuerunt, quem dein-

d *S. Th. 3. p. q. 80. ar. 9 aliique commun.*

e *Jo. Sanc. in ſel d. 38*

f *Dian p. 5 tr. 6. reſ. 7.*

g *Sanc. de matr. l. 1. d. 8. n. 12.*

de amiſerunt, nec conſtat amiſiſſe in peccato mortali, non eſſe denegandam Euchariſtiam in articulo mortis, immo & aliquoties extra illum, piè, & probabiliter, docet Villalobos, *h* præſertim ſi retinent reverentiam huic Sacramento, luceque aliqua rationis, ut modo dixi, fruātur aliquando: quales plerunque ſunt Religioſi, qui quamvis in amentiam inciderint, retinent fere ſemper bonos habitus.

h *Vill in Manual. c. 4. n 17.*

Hi omnes de quibus in hoc §. locuti ſumus, ita demum obligantur communicare in Paſchate, ſicuti pro judicio, quod participant, ſunt obligationis capaces.

Dubitatur tertiò de phreneticis, ſeu de iis, qui habuerunt uſum rationis, inſtante tamen morte amentes fiunt. Sed de his proprius locus eſt paulò poſt c. 5. §. 8.

Dubi-

Dubitatur quartò de pueris, de quibus jam ſubdo.

§. 2.

## Poſt quam ad annos diſcretionis pervenerit.

*Ubi an Impuberes ſubdantur legibus, & pœnis la tis ab homine.*

INfantibus, noſtra hac ætate, non eſſe dandam communionem, ſaltem ex tacito Eccleſiæ præcepto, certum eſt.

Dubium ergo ſupereſt, de pueris uſum rationis jam attingentibus. De quibus duplex eſt ſententia; Prima dicentium *a* majoris diſcretionis uſum requiri, ut puer communicet, quam ut ſacramentaliter confiteatur. Ratio eſt quia in dicto c. Omnis utriuſque, præceptum confeſſionis fertur abſolutè (ſemel in anno confiteatur.) Vnde ſatis

a Suarez *aliiq; cit. à Jo. Sancez mox citando.*

eſt communiter ætas inter ſeptimum, & octavum annum, quando incipit diſcretionis uſus: at præceptum communionis fertur cum reſtrictione reverentiæ (ſuſcipiens reverenter Euchariſtiæ Sacramentum) Quare requiritur (inquiunt) ætas inter decimum, & decimum quartum, quando ſcilicet, ſecundùm judicium Confeſsariorum, & multo magis parentum, qui melius filios norunt, æſtimantur ſufficienter diſcernere inter cibum, & cibum, &c.

6 Secunda ſententia eſt dicentium *b* eandem ætatem ad communionem ſufficere, quæ ad confeſsionem: nempè aliquanto plus, quam ſeptennium: non enim minus debet puer pro confeſsione diſcernere, quis, qualiſve debeat eſſe dolor peccatorum, quanta ſit offenſa Dei, quo animo petenda venia, &c. quàm pro communione, quid ſit cibus

*b Jo. Sanc. in ſel. d. 26 Caſtrop. de leg. d. 1. p. 24. §. 2. n. 7*

cibus ille, quæ, quantaque devotio requiratur, & ſimilia. Cum ergo ad illa cognoſcenda ſatis ſit ætas intra ſeptem, & octo annos; eadem ſufficiet ad hæc.

Utraque ſententia eſt probabilis: unde ſequitur à te poſſe obligari puerum poſt ſeptemniũ ad communionem Paſchalem, cum poſteriore ſententia: poſſe eximi, uſque ad decemnium, & aliquanto plus, cum priore.

*An pueri ſubjaceant legibus humanis, quo ad culpam.*

7 Sed jam hic ſolemne illud reſolvendum eſt dubium, an pueri, qui ob perfectum rationis uſum in utraque ſententia poſſunt; debeant tamen ſub reatu peccati mortalis, & ſub pœnis ab Eccleſia inflictis ante pubertatem communicare in Paſchate. Hæc difficultas petit univerſales illas duas quæſtiones. Primò

mò an ante pubertatem pueri ſubjaceant legibus humanis, quo ad culpam. Secundò an iiſdem ſubjaceant, quo ad pœnam; quas breviter diſcutere abs re non erit.

8 Quò ad primam: fuerunt quidam, qui affirmarunt pueros usque ad decimumquartum annum, & puellas, uſque ad duocimum completos (tunc enim eſt terminus, in quo incipit pubertas, ante ſemper dicuntur impuberes) non teneri legibus humanis, etiam Eccleſiaſticis, neque ad culpam quidem: unde contra agendo, non peccare.

*c Sà V. Confeſſ n. 3. in meo Codice impreſſo Venet. 1602. apud Jo. Baptiſt. Ciottum ſub ſigno Europæ.*

Nam propterea fortè Emmanuel Sà c in genuina antiqua impreſſione ſic habet. Et ſi, quidam putant teneri ad confeſſionem, qui habet uſum rationis, ſcilicet cum pudet malefacti; tamen Eccleſia non videtur obligare ante pubertatem.

In hoc tamen Emmanuelis dicto

dicto advertendum eſt, in emendatis novis impreſsionibus, addita fuiſſe aliqua verba ſatis reſtrictiva, in hunc modum: Tamen Eccleſia non videtur obligare ante pubertatem, quo ad pœnas non confitentibus impoſitas Id, quod eſt longè diverſum à germano Emmanuelis dicto.

9 Præterea Henriquez *d* putat Eccleſiæ præceptis non obligari pueros ſtatim, ac uſum rationis habent: & alibi *e* aſſerit, dari his lacticinia, in die jejunii, licet habeant uſum rationis. Quantum autem, ut obligentur, expectandum ſit; nequaquam decernit. Denique Sotus *f* affirmat uſque ad duodecimum annum non teneri pueros ullis Eccleſiæ præceptis, & conſequenter, nec Confeſsionis.

10 Vera tamen ſententia docet, pueros ſtatim ac uſum habent rationis; humanis, atque

d *Henriq. lib. 8. de Euchar. c 42. n. 4.*
e *Id l 13. de excom. c. 49 n. 2. lit. N.*
f *Sotus in 4. diſt. 12. q 2. art. 11 favetque ex parte S. Antonin. 2. p. tit. 9. c. 8. §. 6.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adeo Eccleſiæ legibus aſtringi, niſi fortè expreſsè eximantur; ut certè à præcepto jejunii, uſque ad vigeſimum primum completum, eximantur. Ratio convincens eſt, quia puer, eo ipſo quòd uſum rationis participat, eſt capax obligationis legis humanæ, ſicuti eſt capax legis naturalis, & divinæ: ergo non eſt unde eximantur, quando lex fertur pro omnibus, nec ipſi excipiuntur. Ita communiter Doctores, g qui expreſsè loquuntur de præcepto auditionis Miſſæ, de abſtinentia à carnibus, de præcepto confeſsionis annuæ. Et quidem de hac confeſsione videtur minus eſſe dubitandum: ſiquidem Canon. Omnis utriuſque ſexus, videtur hoc comprehendere, cum præcipiat, ut omnes fideles, cum ad annos diſcretionis pervenerint, ſemel in anno confiteantur, ſi ſibi ſint conſcii peccati mortalis: at hi pueri ad

*g Salas Suar. Azor alii, &c. quos citant, & ſequũtur Bonac. d. 1 de leg. q. 1. p. 6. n. 8. Sanc. l. 1. in decal. c. 12. n. 6.*

ad annos diſcretionis pervenerunt, ut ſupponimus.

*An pueri ſubjaceant legibus humanis quo ad pœnas.*

11 Quo ad ſecundam, quæ eſt difficilior diſputatio, & controverſa magis, triplex eſt ſententia.

Prima *h* docet pueros uſum rationis ante pubertatem habentes non aſtringi cenſuris, & pœnis ab homine latis: aſtringi tamen à latis in jure communi. Ratio eſt (inquiunt) quia in *i* jure eximuntur pueri à pœnis latis (ut ipſi explicant) à Iudice: non verò à latis à jure. Adduntque, rationem convenientiæ, cur ipſi ita explicent, eſſe, quia ad incurrendas pœnas latas ab homine requiritur ordo judiciarius, v. g. citatio, defenſio &c. ad quæ apti minimè ſunt pueri: at verò ad incurrendas pœnas latas à

h *Azor, Sot. Vaſq. Th. & Jo. Sancez ab eodem Jo. cit. in ſel. d. 51. n 31.*

i *C. 1 & 2. de delict. puerorum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

jure, cum hæc non requirantur, apti erunt pueri, ac proinde illas legitimè incurrere poterunt.

[1] *Sà V. Cenſ. n 2. & Fagun. præc. Eccl. 2. l. 1 c. 3. n. 14.*

12 Secunda ſententia [1] oppoſita eſt dicentium, nullam prorſus pœnam, vel cenſuram ſive ab homine, ſive à jure latam incurri à pueris ante pubertatem. Ratio eſt quia adeſt deciſio clara cap 1. & 2. de Delictis puerorum, ubi pueri infra decimum quartum annum à pœnis ſimpliciter eximuntur: quæ cum univerſaliter loquatur, & ex alia parte, odia reſtringi debeant; non eſt aſſerendum deciſionem loqui dumtaxat de pœnis latis ab homine: ubi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: multo minùs ſi diſtinguentes extendamus leges odioſas.

13 Ex qua ſecunda ſententia ſequitur hos pueros clericos rixantes, ſeque invicem percu-

tientes *m* non incurrere excommunicationem: Si quis ſuadente, &c.

Sequitur ſecundò eoſdem omittentes confeſsionem annuã, vel communionem Paſchalem non incurrere *n* excommunicationem, fortè in aliqua Diœceſi, contra non confitentes, vel non communicantes latam.

Sequitur Tertiò eoſdem aliquem occidentes non incurrere *o* irregularitatem.

Sequitur Quartò, eoſdem committentes crimen in Bulla Cœnæ, non incurrere excommunicationem Pontifici reſervatam, & ſimilia: quæ multum dilatare poterunt conſcientiam Confeſſariorum. Notatur etiam à Suario, *p* in Interdicto loci, tales impuberes, ſi illi contraveniant, peccare quidem contra præceptum in Interdicto latum, non verò incurrere pœnam impoſitam. Ratio autem prædi-

m *Molin. allatus à Fag. ibid.*

n *Jo Sanc. in ſel. d.* 26. *n.* 18.

o *Avila Henriq. citati à Jo. Sanc. ibid. cont. Th. Sanch. & Granad. ab eod. cit.*

p *Suarez d.* 5. *de cenſuris ſect.* 1. *n.* 19

dictorum illa eſt, quia, licet ejuſmodi pueri, cum ſint rationis capaces, culpæ ſubjaceant; non ſubjacent tamen pœnis.

14 Tertia ſententia docet prorſus omnia, quæ docet ſecunda ſententia: addit tamen limitationem. Exiſtimat enim ſolam excommunicationem latam ob percuſsionem clerici, in cap. Si quis ſuadente, contrahi à prædictis pueris, cæteras omnes non contrahi. Ratio eſt, inquiunt, quia in c. Super eo, c. Pueris, c. Quamvis de ſententia excommunicationis, pueri doli capaces mittuntur ad Epiſcopum, ut abſolvantur à percuſsione Clericorum: quamvis non ad ſummum Pontificem, cui alias talis excommunicatio eſt reſervata. Si igitur mittuntur ad Epiſcopum, ut abſolvantur; jam ſupponuntur excommunicati.

Tres viri inſignes, ut alios taceam, tenent hanc tertiam ſen-

ſententiam: ſcilicet Thomas q Sanchez, Ioannes Sanchez r & Caſtropalaus. ſ

15 Quoniam verò hi textus, quibus ipſi innituntur, diligenter perpenſi, rem apertè non decidunt; ideò judico, ſecundam ſententiam eſſe ſatis probabilem, nec tamen ſua probabilitate carere primam, & tertiam.

Sed amabo te, expendamus prædictos textus: inveniemus enim Germanam textus interpretationem, vel à doctiſsimis ipſis viris, quando curſim loca leguntur, intrdum effugere.

16 In c. Super eo primo de ſententia excommunicationis ſic habetur: Quod ſi clerici infra puberes annos ad invicem, aut unus alterum percuſſerint; non ſunt ad Apoſtolicam Sedem mittendi: quia eos ætas excuſat. Advertis? non dicit eſſe mittendos neceſſario ad Epiſcopos, nec dicit, eos incurriſſe in pœnam excom-

q *Th. Sanc. in decal. l. 1. c. 12.*
r *Jo. Sanc. in ſel. d. 26 n 18.*
ſ *Caſtrop. de leg. d. 1, p. 24 §. 2, n 9.*

excommunicationis : ſed ſolum eos eximit à recurſu ad Pontificem. Ex quo dicto colligi bene poteſt, eos non incurrere excommunicationem Pontifici reſervatam: at vero, quod nihilominus incurrant excommunicationem ab Epiſcopo abſolvendam; colligi non poteſt: abſurda enim eſt hæc conſequentia Non incurrunt excommunicationem à Pontifice abſolvendam: ergo incurrunt excommunicationem abſolvendam ab Epiſcopo. Vel, non incurrunt excommunicationem Papæ reſervatam : ergo incurrunt excommunicationé. Ego enim contendo, illos, ſi Papalem non incurrant; nullam incurrere : quia nulla alia niſi Papalis hac in re fulminata eſt.

17. In c. Quamvis eodem, ſic legitur. Incidens in Canonem non niſi ab Apoſtolica Sede eſt abſolvendus , niſi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

micitia, aut inopia, puerili, vel ſenili ætate, fragilitate ſexus, alia corporis impotentia, ſive quolibet impedimento canonico retrahatur. Et paulo poſt: Ceterum, qui temporali impedimento laborant (exceptis pueris) ſub juramento, ut ceſſante impedimento, ad Apoſtolicam Sedem accedant, ſunt abſolvendi Hæc ibi: ubi vides excipi pueros à recurſu ad Pontificem: certè, dicam ego, quia ſupponuntur non incurriſſe in excommunicationem Papalem, unde & in nullam, quia nullius alterius meminit.

Neque obſtat, quod pueri cum cæteris, qui Pontificiam excommunicationem incurrunt, numerentur ibi (puerili, vel ſenili ætate, &c.) Non obſtat, inquam: id enim factum eſt, non quia ipſi incurrunt in excommunicationem Canonis. Siquis ſuadentete, ſed quia etiam ipſi verè con-

tra dictum Canonem, quo ad culpam, (quod non negandum eſt de pueris, de quibus loquimur) peccant.

18 In c. Pueri eodem ſic habes. Pueri, qui in Canonem inciderunt ſententiæ promulgatæ (non dicit in excommunicationem, ſeu cenſuram, ſed in Canonem, in quo ſententia excommunicationis, pro adultis, promulgata eſt) ſive ante, ſive poſt pubertatem poſtulent ſe abſolvi, poteſt Diœceſanus Epiſcopus abſolutionis beneficium impertiri, cum propter defectum ætatis, in qua fuit commiſſus exceſſus, rigor ſit manſuetudine temperandus. Hactenus Canon. Notas? Dicitur ab epiſcopo ejuſmodi pueros abſolvi poſſe: at poſſe etiam ab aliis legitimis Confeſſariis qui Epiſcoporum ſunt adjutores, non negatur. Meritò igitur colligi poteſt, eos ab excom-

communicatione, licet non à culpa, liberos eſſe.

## §. 3.

## Semel in anno Confiteatur.

*Ubi obiter de præcepto annuæ Confeſſionis.*

Quamvis, id præſentis inſtituti non ſit; nihilominus, ne pars aliqua omittatur Canonis, quem ſuſcepimus enucleandum, etiam hoc de annua confeſsione præceptum, per hanc occaſionem, explicare, non erit inutile.

*Quos obliget hoc præceptum.*

Hoc ergo præceptum omnes fideles, etiam pueros, ſufficientem uſum rationis poſt ſeptemnium habentes comprehendere,

re, jam patet, ex dictis, præſertim num. 20. Dixi poſt ſeptemnium: nam ſi ante ſint doli capaces, non comprehendi, docet Io. Sanch. a cum id per accidens ſit, ad quod Eccleſia non reſpexit.

a Jo. Sanc. in ſel. d. 51 n. 31.

Quid ſi poſt ſeptennium dubium ſit, an ſufficiente rationis uſu polleant? Reſpondeo nec obligari: quia præceptum Eccleſiæ eſt de Confeſsione abſolute facienda: at hi, cum non poſsint ferre materiam certam, id eſt peccatum mortale certum, non poſſunt ab illo abſolvi, niſi ſub conditione, ut dixi in Methodo confeſsionis lib. 2. cap. 1. §. 3. num. 18. Quare in illos cadere non poteſt dicta abſoluta obligatio. Quod ſi ferant certum peccatum veniale, ad quod committendum minor uſus rationis requiritur, ex alio capite non obligantur, nempe quia ad venialia confitenda hoc præce-

ptum

ptum non obligat ut jam ſubdo. Adde quod dicam c. 5. §. 7. n. 14. fine.

20 Petes an hoc præceptum obliget eos, qui ſolis peccatis venialibus aggravantur? Reſpondeo. Non obligat. *b* Sicut enim Chriſtus Dominus (licet indeterminatè quo ad tempus) non tulit præceptum, niſi de confitendis mortalibus: hæc enim ſola divinam ab anima gratiam expellunt; ita Eccleſia, non niſi de iiſdem præceptum ad tale tempus determinavit. Quod ſi in Iubilæis, quando requiritur confeſsio, intelligitur etiam: ex opinione probabili, *c* de venialibus: ideo eſt, quia tunc confeſsio, in eadem opinione, requiritur, ut unum ex bonis operibus aſsignatis, ſicuti eleemoſyna, oratio, &c. quod non eſt in caſu noſtro. Dixi (ex opinione probabili) quia nimirum id *d* alii, etiam probabiliter negant.

b *Suar. de pœn d. 36. ſec. 2. aliique.*

c *Sanch. de matr. l. 8 d. 15. n 19*

d *Suar. de pœn. d. 52. ſec. 3. n. 4. Fagund. præc. Eccleſ. 2. l 2. c. 2. n. 11.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*De tempore hujus obligationis.*

21 Iam vero quando obligat hoc præceptum? Reſpondeo, cum Canon, quoad Confeſsionem, dicat (ſemel in anno) quo ad communionem (in Paſchate) patet, latius tempus in Confeſſione, quam in Communione notari, nempe totius unius anni latitudinem.

Nec obſtat praxis Fidelium confitentium in Paſchate: id enim factum eſt, non animo introducendi conſuetudinem obligatoriam, ſed propter communionem, quæ tunc peragenda eſt. Quare ſi quis mortalia confeſſus eſt, intra annum, non obligabitur confiteri in Paſchate alia mortalia de novo eodem anno fortè commiſſa, niſi per accidens, id eſt ob communionem: & ſic, ſi propter infirmitatem, vel aliud impedimentum, com-

municare tunc non poterit; confiteri non obligabitur : *e* ſicut etiam ſi periculum ſit obliviſcendi peccata, quæ deinde committit; nec obligabitur confiteri ante ſequentem annum: ſolum enim ad unam Confeſsionem de mortalibus faciendam in anno ex præcepto compellimur.

*e Laym. in l. 5. tr. 6. c. 5. n. 10. Coninc. de pœn. d. 5. n 33. quicquid dicat, Nugn. tr. 2 in 3. p q. 6. ar. 5. diff. & concl. 4.*

22 Præterea, qui validè confitetur, ſed ſive per oblivionem, ſive ex aliqua cauſa ſine culpa, aliquod peccatum mortale omiſit, non obligabitur, *f* ex vi præcepti hujus anni, eodem anno confiteri, quia jam implevit præceptum : obligatur ergò ſolùm illud fateri in anno conſequenti, vel certè (ut impleat præceptum ſubdendi clavibus omnia mortalia) in periculo mortis, vel denique ante Communionem, juxtà dicta c. primo §. 8.

*f Hurt. d. 7. de pœn. diff. 11.*

23 Qui verò, quia ſolis venialibus peccatis erat obnoxius, illa ſola in prioribus v. g. ſex menſi-

bus anni confeſſus eſt, ſi deinde incidat in mortale, obligabitur ne in eodem anno illud confiteri? Reſpondeo obligari docet Vaſquez: g quia per hoc præceptum (inquit) determinatur præceptum Christi, quod fuit ſolùm de mortalibus, ut ſuprà dictum eſt num 20. Ergo illi non ſatisfit niſi per Confeſsionem mortalium, quæ fuit præcepta, non vero per Confeſsionem venialium: Ergo cum prædictus illam mortalium non fecerit, in poſterioribus facere obligabitur.

g *Vaſq. de pœn q. 90 ar. 3. dub. 1 n. 16. Hurt de pœn. d. 7. diff. 11.*

24 Ex quâ doctrinâ ſequitur eum, qui Confeſsiones exhibuit, vel frequentiſsimas de venialibus in undecim menſibus, & viginti novem diebus anni, ſi in ultimo die mortaliter peccet obligari eodem die, ni aliquo legitimo impedimento excuſetur, (ut certè facilè in tali anguſtia temporis impediri poterit) antequam

quam ſpiret annus, illud confiteri: quia per illas præcedentes venialium confeſsiones præcecepto annuæ Confeſsionis non ſatisfecit. Hoc autem durum alicui videri poſſet. Scio Ochogaviam *h* putare per Confeſsionem venialium ſatisfieri præcepto Eccleſiæ: in qua opinione, ſi vera eſſet, non urgeret hæc difficultas: ſicuti etiam non urgeret ſi annus in hac materia computaretur ſecundo modo, ex dicendis mox num. 25.

h *Ochog. de Sacr. tr. 2. q. 9.*

25 Quatuor enim modis ejuſmodi annus computari, ſeu incipere, ac terminari poteſt.

Primò à Confeſsione mortalium, quam tu quandocunque feciſti, ad aliam Confeſsionem, quam facturus es: *i* ne ſcilicet intra unam, & aliam intercedat plus, quam annus.

Secundò à tempore, quo peccatum mortale commiſiſti, uſque ad

i *Sotus in 4. diſt 18 art. 4 Valent. in 3. p. q 9. punct. 4*

ad Confeſsionem, *k* quam factu-rus es: ne ſcilicet intra pecca-tum commiſſum, & Confeſsio-nem plus, quam annus præ-tereat.

*k Joſeph de Auguſt. in brevi not. præc. Ecc. 3. n. 1*

Tertiò à Paſcha, *l* ad aliud Paſcha, ſeu in aliquibus Diœce-ſibus à Quadrageſima uſque ad aliam Quadrageſimam: qui vi-detur eſſe pro hac re annus Ec-cleſiaſticus. Paſcha autem, ſeu Quadrageſima hic accipitur pro illis diebus, intra quos præce-pta eſt Communio; ita ut omnis Confeſsio, quæ fit ante Domi-nicam in Albis incluſivè cenſea-tur ſpectare ad annum præce-dentem: quæ verò poſt, ad ſe-quentem.

*l Suar. de pœn. d. 36. ſec. 3 Co-ninch de pœn d. 5. n. 54.*

Quartò à primò Ianuarii ad finem Decembris, *m* qui eſt an-nus communis, & civilis.

*m Vaſq. de pœn q. 90. ar. 3 dub. 1 n. 25.*

26 Ex his annum computan-di modis, primi duo prædicto Suario non placent, & meritò: quia illa verba (ſemel in anno)

quibus latum eſt hoc præce-
ptum, videntur ſignificare cer-
tos terminos, & determinatos
pro omnibus, non verò ſingulos
pro libertate, ſeu determinatio-
ne ſingulorum: ut cum dicitur
ſemel jejunes in menſe, ſemel
jejunes in hebdomada, non in-
telligitur niſi à determinato ini-
tio menſis, vel hebdomadæ ad
determinatum finem, &c. Di-
cendum igitur eſt, duos poſte-
riores modos eſſe utroſque pro-
babiles. Ratio eſt, quia verba
illa legis, (ſemel in anno) utrum-
que ſenſum facere poſſunt: an-
nus enim, & probabiliter, poteſt
ſumi Eccleſiaſticus, & probabi-
liter, civilis.

27 Dices, at ſequitur poſſe
quempiam confiteri in princi-
pio anni unius, & in fine alte-
rius, & ſic differre quaſi per
biennium Confeſsionem.

Reſpondeo etiam Sacerdos
poteſt recitare, ſine mortali, of-

ficium hodiernum, initio hujuſ diei, & craſtinũ, in fine ejuſdem diei craſtini: & ſic quaſi per biduum differre recitationem Nec igitur id in caſu noſtro inconveniens eſt, poſita tali forma præcepti.

28 Porrò, qui ne ſemel quidem, confitetur in anno, obligatur ne confiteri ſtatim incepto anno ſequenti? Reſpondeo. Quãvis multi *n* probabiliter contendant obligari: unde ni ſtatim confiteatur, novo (inquiunt) & continuato peccato peccat; tamen probabile etiam eſt, *o* non obligari. Ratio eſt, quia hoc præceptum non eſt, ut putant adverſarii, primariò de Confeſſione, & ſecundariò de tempore, ut cum quis vovet, vel ei à Confeſſario, pro ſatisfactione, imponitur jejunium v. g. qui, ſi non poteſt, uno die, debet alio, jejunare; ſed eſt præceptum, Confeſſionem, & tempus æquè reſpi-

*n Coninch de pœn. d. 5 n. 61. Joſ. de Auguſt. in brevi not. præc. Eccl. 3 n. 4*

*o Valent. tr. 4. d. 7. q. 8. p. 4. § Tertio notandũ, Filliuc to. 1. tr. 7 c. 3 n. 55.*

piciens : eſt enim præceptum addictum tempori, videlicet anno, ſeu duodecim menſibus, ut patet ex vi illius (ſemel in anno confiteatur) Illo igitur tranſacto; peccavit quidem fidelis, ſed non ampliùs præceptum præteriti anni illum urget, urget ſolum præceptum præſentis anni. Sic Sacerdos habet obligationem pro toto uno die, hoc eſt, pro vigintiquatuor horis recitandi divinum officium: at illis tranſactis; non remanet obligatio præteriti diei, ſed ſupervenit obligatio diei præſentis. Atque ex hac probabili ſententia, ſequitur eum, qui ob aliquod legitimum impedimentum, toto uno anno, v. g. propter inopiam Confeſſarii, non eſt confeſſus, non obligari in anno ſequenti, niſi ad unam Confeſsionem intra ipſius anni latitudinem peragendam.

### *Cauſæ excuſantes ab annua Confeſſione.*

29 Illud nunc ſupereſt breviter addere, an aliquando ab ejuſmodi annua Confeſsione fideles excuſentur.

*p Coninch de pœn. d 5. n 73.* Dico excuſari : *p* & primò quidem eos, qui phyſicè non poſſunt : ut qui carent Confeſſario, &c. Secundò eos, qui prudenter timent revelationem ſigilli, aut ne ipſe confitens incurrat in grave odium ipſius Confeſſarii. Tertiò eos, qui confiteri non poſſunt ſine notabili incommodo vitæ, fortunarum, &c. Nam, ut toties dictum eſt, præcepta poſitiva non obligant cum tanto rigore. Incommoda, quæ oriuntur præcisè ex ipſa Confeſsione, ut magna erubeſcentia, vel timor quòd teneatur quis à Confeſſario pro peccatore, non excuſat; quia

quia ſecus magni peccatores non tenerentur confiteri. Magnam erubeſcentiam excuſare ſubditum ad confitendum reſervata apud Superiorem, docent Navarrus, & Sylveſter apud Ludovicum à Cruce: *q* adde Henriquez: *r* ſed non placent: quia ſic enervaretur vis reſervationis. Quòd ſi ſubditus per pium Confeſſarium petiit à Superiore, & non obtinuit licentiam alteri confitendi; diximus cap. 1. num. 18. juncto num. 28. quid habeat remedii.

*q Ludov. à Cruce de Bul. Cruc. d 1. c. 3. dub 3. n. 11*

*r Henriq l. 3. de pœn. c 19. n. 9.*

30 Hinc ſequitur ſi non poſſum adire, vel vocare Confeſſarium, niſi conficiendo longum, ac laborioſum iter; me excuſari. Quale autem tale ſit; ex diverſis circumſtantiis temporis perſonarum, & ſimilium, judicio prudentis, eſt expendendum. Vide quæ dixi ſupra c. 1. § 6 n 19.

31 Quod diximus de Confeſſione, ut ſemel hic dicam, de

communione Paſchali dictum eſto: par enim eſt ratio.

32 Illud benè advertit Coninch, ſ facilius fideles excuſari ab hac annua Confeſsione, quæ tandem eſt ex Eccleſiaſtico præcepto, quam à Confeſsione facienda, urgente mortis periculo, quæ eſt ex præcepto divino: tunc enim urgentior excuſationis cauſſa, ut per ſe patet, expoſcitur.

33 Qui autem fecit Confeſſionem invalidam, ſive ex defectu doloris, ſive ex defectu integritatis Confeſsionis, ſive ex defectu abſolutionis, &c. non excuſatur: t ſed debet denuo, ante quam annus evolet, validè confiteri. Ratio eſt, quia non fecit quod præceptum fuit: fuit autem præcepta Confeſsio Sacramentalis, quæ ſi eſt invalida; Confeſsio non eſt. Ni denuo confiteatur ſubjacebit u pœnis non confitentibus impoſitis.

ſ *Coninch de pœn. d 5. n. 74.*

t *Suar. de pœn. d. 36 ſect 7. n. 3. Coninch de Sacr. d. 5. dub 9. Laym l 5. tr. 6 c. 5. n 11. & alii comm.*

u *Fagun. præc Eccl. l 1. c 4 n. 12. contra Henr. l. 4. c 4. §. 1.*

34 Neque obſtat quòd ex communi doctrina qui vel cum peccato mortali vel etiam excommunicatus *x* communicat in Paſchate, ſatisfacit præcepto, nec ſubjacet pœnis contra non communicantes inflictis: non obſtat, inquam, quia hic verè ſuſcipit Sacramentum, licet illicitè, atque adeo facit quod præceptum eſt: ibi non item.

x *Fagun. præc. Ecc. 3. l. 1. c. 6. n. 5.*

35 Verum oppoſita opinio, quòd nimirum ſatisfiat præcepto per invalidam Confeſsionem eſſe probabilem meritò putant nonnulli. *y* Ratio eſt, quia Eccleſia ſolum externum Confeſsionis actum præcipere poteſt, ſeu certè præcipit, & remiſſio peccatorum eſt finis præcepti, non tamen cadit ſub præcepto.

y *Fagun. præc. Ecc. 2. l. 1 c. 4. in 4. citãs Gabrielẽ, Sylveſtrũ Victoriã, Alenſem, Sà, Canũ, Ledeſm. Paludan.*

Denique quando quis ad aliquod breve tempus excuſatur, dicam num. 55. fine: ut item an ſit obligatio præveniendi, dicam

cam

cam num. 37. & 38. denique quando eſt obligatio tollendi impedimenta, ut poſsit quis confiteri, dicam à num. 40.

## §. 4

## Suſcipiens reverenter, ad minus in Paſcha, Eucharistiæ Sacramentum.

*Ubi de obligatione præveniendi, & tollendi impedimenta.*
*De loco Communionis, de tempore, deque miniſtris præſertim Religioſis.*

36 IN Paſcha, hoc eſt, ut jam conſuetudo communis explicuit, à die Dominica Palmarum, & in aliquibus Diœceſibus, à Dominica prima Quadrageſimæ, uſque ad diem Dominicam in Albis. Cum autem hoc præceptum ſit addictum tempori

pori Paſchali; qui tunc non communicavit, peccavit quidem graviter, ſed non habet *a* obligationem ſtatim communicandi, niſi in ſequenti Paſchate: ſicuti qui Miſſæ non interfuit, die Dominica, non obligabitur audire ſtatim die Lunæ. Aliquos *b* probabiliter contrarium ſentire non ignoramus. Quod per Communionem peccaminoſam ſatisfiat præcepto, dixi modo num. 34.

a *Tol. Vaſ. Sà apud De Lugo de Euch. d.* 26. *ſect.* 4. *nu.* 63.

b *Suarez Vaſquez, Fag apud eundem.*

## *De Prævidente impedimentum.*

37 At, qui prævidet ſe non poſſe communicare in dicto Paſchali tempore, obligatur ne prævenire? Obligari docet Suarez. *c* Negat Vaſquez: *d* cum quo probabilius ſentio: quia præceptum non urget niſi in Paſchate. Idem dic de eo, qui prævidet ſe, anno ſequenti, confiteri non poſſe: non enim obligatur hoc anno, pro

c *Ibid. apud eund. De Lugo.*

d *Ibidem apud eund.*

pro obligatione ſequentis anni, confiteri.

38 Hinc ſequitur ſi quis communicavit, ante Paſcha adhuc teneri in Paſchate, quia ante non ſatisfecit præcepto. At non teneri quando communionem anticipavit ex intentione præcepti, ſequitur ex opinione Suarii (quæ certè probabilis eſt,) quia ſic jam implevit præceptum.

39 Sed quid, ſi quis dum eſt in prima hebdomada, prævidet ſe non poſſe in ſecunda communicare: tenetur ne in prima hebdomadà communionem peragere? Reſpondeo teneri, quia jam urget præceptum: ut qui die feſtivo poteſt, intereſſe ſacro mane diluculo, ſi prævidet non poſſe circa meridiem; mane tenetur: quia ex uno capite poteſt, ex alio præcepti obligatio adeſt. Idem propter paritatem rationis dic de prævidente, ſe non poſſe confi-

confiteri, in fine anni: obligatur enim ſi poteſt ipſo anni initio.

*De obligatione tollendi impedimenta.*

40 Diximus de prævidente impedimentum: dicamus conſequenter de eo, qui impedimentum tollere à ſe, ad communicandum in Paſchate; ut etiam ad confitendum intra annum, obligatur. An excommunicatus v. g. an carcere detentus, an infirmus, & ſimiles impediti obligentur ſub mortali, contra præceptum Communionis Paſchalis, & annuæ Confeſsionis, quærere ſolutionem ab excommunicatione, excarcerationem, ſanitatem, ut ſcilicet in Paſchate communicare, & intra annum confiteri, licitè, & expeditè poſſint. Reſpondeo excommunicatus obligatur: carcere detentus,

& infirmus non obligantur. Ratio prioris dicti eſt, *e* quia præceptum Communionis, & Confeſſionis eſt magni momenti: cum Confeſſio, & Communio maximè conferant ad animæ ſalutem, & ideò rigidè obligat, & conſequenter obligat ad removenda ea præſertim mala ſpiritualia, quę poſſunt obſtare ipſius præcepti adimpletioni. At, cum carcer, & infirmitas ſpiritualia mala non ſint; non tam rigidè ad illa removenda præceptum Confeſſionis, & Communionis obligabit: ut ipſi etiam timorati conſcientiæ oſtendunt, qui non multum ſoliciti ſunt de tollendo carcere, vel ægritudine ad hunc finem, ut poſsint confiteri, vel communicare. Enim verò naturalis, ad hæc mala corporalia avertenda, ſolicitudo ſatis, ſuperque eſt. Dixi autem initio hujus numeri 40. (ſimiles impediti) id eſt involuntariè impediti:

e *Suarez, Avila, Fag apud Merollam d.4. de leg. c.3. dub.37 n.433. De Lugo de Euc. d.16. ſec.2. n.27 cōt. Henr. l.13. c.7. n.2.*

diti: nam voluntaria impedimenta, & ablatu non graviter difficilia, tolli, ut quis confiteri, & communicari poſsit, non eſt controverſia dignum.

41 Illam etiam diſparitatem hic aſsignant Doctores. f Cur enim non obligetur excommunicatus (ex vi præcepti de audiendo ſacro diebus feſtivis) ad tollendam excommunicationẽ, ut ipſi liceat audire ſacrum; obligatur verò modo dicto, ut confiteatur, & communicet? Diſparitas autem eſt, quia Confeſsio & Communio ſunt majoris momenti ad ſalutem, quam auditio ſacri: & ideo illorum præceptum rigidè, hujus autem, non item rigidè obligat fideles ad tollenda obſtantia impedimenta.

f *Suarez. Sayr. Coninch. apud Merollam. loc. cit.*

*Ubi communicandum in Paſchate.*

42 A quibus autem, & in quo loco accipienda ſit ſacra Eucha-

riſtia, Paſchatis tempore, nunc eſt dicendum. Id quod, ut melius intelligatur, advertendum eſt, ad licitè miniſtrandum hoc Sacramentum requiri juriſdictionem: g paſcere enim oves pertinet ad paſtorem proprium, vel certè ad ejus delegatum: quales, ſaltem extra Paſcha, nunc in ſuis Eccleſiis ſunt Religioſi mendicantes, ex privilegiis: Dico (nunc ex privilegiis) nam cæterum in Clem. prima de privileg. excommunicantur Religioſi miniſtrantes Euchariſtiam ſine Parochi licentia. Præterea dico (ſaltem extra Paſcha) nam, pro Paſchate, dicam infra n. 48. & n. 51.

g *De Lug. d. de Euc. 18. ſect. 2. n. 36.*

43 Sufficit tamen ejuſdem Paſtoris, ſeu Parochi conſenſus interpretativus, ſeu præſumptus. Quis autem veniat nomine Paſtoris, ſeu Parochi, explicabitur §. ſequenti num. 56. Neque dicas ſi requiritur juriſdictio, ergo

requi-

requiritur conſenſus expreſſus, ut accidit in Sacramento Pœnitentiæ. Ne id dicas, inquam; nam abſolutio in Sacramento Pœnitentiæ, eſt actio Iudicis, quæ requirit validitatem ſententiæ potẽtis condonare, quam potentiám, ſeu authoritatem non habet inferior, niſi illi actu à ſuperiore communicetur. At ad adminiſtrandam Euchariſtiam, id non requiritur: quia ſemper validè Euchariſtia miniſtrabitur.

44 Per Bullam Cruciatæ dari facultatem, ut extra Paſcha à quocunque Sacerdote poſsit ſumi Euchariſtia, docet Vaſquez; [h] Negat Suarez: [i] utrumque probabile.

45 Hoc poſito hic propria eſt difficultas pro tempore Paſchali: nam pro hoc tempore videntur eſſe magis inviti Parochi ad dandam hanc facultatem, ut, extrà ſuam Parochiam, fideles

h *Vaſq. de Euchar. diſp. 721. q. 65. n. 4.*
i *Suar. de Euchar. d. 72. ſec. 2.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

communicent: quia tunc volunt recognoſcere ſuas oves: unde non facile tunc præſumetur eorum voluntas, ſicuti præſumitur intra annum, quando ſatis eſt, ſi prudenter judicetur, quòd ſi ſciret, ratum Parochus haberet. Quo adhoc igitur,

46 Certum eſt primò Vagos, & Peregrinos advenas poſſe ubilibet *l* huic præcepto ſatisfacere. Ratio eſt, quia ſaltē adeſt tacita ſui Parochi, vel Papæ licentia.

47 Certum eſt ſecundò in Cathedrali poſſe *m* omnes, etiam de Diœceſi: quia in Cathedrali adeſt Epiſcopus totius diœceſis Paſtor.

48 Certum ſit tertiò prædictos Religioſos, etiam in ipſo die Reſurrectionis poſſe *n* miniſtrare in ſuis Eccleſiis Euchariſtiam iis, qui vel antea ſatisfecerunt, vel poſtea ſatisfacient in Parochia.

l *Colligitur ex Sāchez l. 3. de matr. diſp. 23. n. 17. ibi ſecundo probatur.*

m *C officiū de officio Archipresbyt. Bonac. de Euch. d. 7 p. 2. n 11.*

n *Suarez dict. d. 72 ſect 2. De Lugo d. de Euch. 18. ſec. 2. n. 50*

Ratio

Ratio eſt, quia illa exceptio (extra diem Paſchæ) probabiliter intelligi poteſt formaliter, pro communione facienda ex præcepto, tempore Paſchali.

49 Certum ſit quartò etiam pro hoc tempore, ſeu pro hac vice ſatisfaciendi præcepto, ſatis eſſe præſumptum conſenſum Parochi. Solum advertendum erit, ut modò diximus, hic difficilius, alio tempore faciliùs eſſe præſumendum.

50 Vnum igitur, aut alterum remanet incertum: an ſemper peccet mortaliter, qui, ſine rationabili cauſſa, ſed ſine contemptu, vel ſcandalo, ſolum propter ſuam commoditatem, velit in Paſchate communicare alibi, quam in Parochia, & an peccet Sacerdos, ſi tunc ſcienter miniſtret huic Euchariſtiam?

Puto quòd fidelis, qui paratus eſt ſuum Parochum recognoſcere, & fortè, in anno, pluries re-

cognovit communicando in ſua Parochia, non irrogat injuriam gravem Parocho, ſemel, aut iterum in ſua vita, ſe ſubtrahendo in hoc ab ejus juriſdictione: atque adeo non peccat mortaliter, ſi ſemel, aut iterum in vita, modo dicto, in aliena Eccleſia, communicat in Paſchate.

Idem puto, ſi Sacerdos ſecularis (nam de religioſo mox à num. 51.) unum aut alterum, ſeu paucos tales communicet. Dico (paucos) ſi enim multos communicaret; irrogaret gravem Parocho injuriam, pertubaretque graviter ordinem Parochiarum. Ratio hujus doctrinæ eſt, quia rectæ rationi non apparet hæc gravis materia. Paſcitur enim ovis, ſed una, vel altera vice, quaſi in alieno campo ab alieno paſtore. Non igitur delinquitur contra ſubſtantiam præcepti, ſed contra accidentia: & id tam rarò: ut multum invitus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rationabiliter, non debeat eſſe Paſtor. Scio quod Suarez *o* docet eſſe mortale miniſtrare hoc Sacramentum ſine debita juriſdictione, & hanc obligationem eſſe mutuam miniſtrantis, & ſumentis: ſed ipſe notanter addit, eſſe mortale, ex genere ſuo. Sicut igitur furari v.g. alienam rem eſt mortale, ex genere ſuo, & tamen datur levitas materiæ in furto; ſic ſe veluti ſurripere, ſeu ſubtrahere à juriſdictione ſui Paſtoris, erit in genere ſuo mortale: non tamen tollitur, poſſe dari materiæ parvitatem, ut videtur eſſe in noſtro caſu.

*o Suarez de Euch. d. 72. ſect. 2. § hinc ſequitur.*

51 De Mendicantibus, Mendicantiumque privilegia participantibus, dico duo. Primò, licet aliqui negent; aliqui *p* tamen concedunt apud illos, propter eorundem privilegia, poſſe fideles ſatisfacere præcepto Cõmunionis Paſchalis, in cæteris quidem diebus à Dominica Pal-

*p Bauny in Theol. moral. p. 1 tr. 5 q. 19.*

marum ad Dominicam in Albis: at non in ipſo die Dominico Reſurrectionis: voluit enim Pontifex, ad quandam ſolemnitatem, in favorem Eccleſiæ Parochialis, excipere pro ſatisfactione præcepti ipſum ſolum diem Dominicum Reſurrectionis Ratio hujus ſententiæ ducitur ex iis duabus propoſitionibus. Prima quòd ſatis probabile eſt q in privilegiis dictis, cum excipitur dies Paſchæ, ſolum excipi materialiter ipſum diem Dominicum Reſurrectionis, idque ad ſatisfaciendum præcepto. Eſto ſit etiam probabile, excipi formaliter, ut ſupra n. 48. diximus. Secunda quod in cæteris diebus, immo, & toto anno, præter prædictum diem unicum Reſurrectionis Dominicæ, prædicti Religioſi ſunt in ſuis Eccleſiis, immo & extra ſuas Eccleſias, atque adeo in alienis r delegati Parochorum, ſic à Summo Pontifice inſti-

q *Beja p. 4. caſ. 4.*

r *Portell. in reſp.*

inſtituti, ut patet ex eorum privilegiis. Lege Cõpendium privileg. Soc. Ieſu V. Euchariſtia ſubi Pater Noſter Generalis reſtringit noſtros, ut in alienis Eccleſiis hoc privilegio, ſine licentia eorum, ad quos pertinet, non utantur. In ſuis vero excipit ipſum unum diem Reſurrectionis: intellige pro ſatisfactione præcepti.

Reg. p. 3. caſu 39. adducitq; Joannem la Crux Rodrig. Villalob.

ſ Compẽd. priv. Soc. Jeſu V. Euch. §. 2. fine.

§2 Dico ſecundò t aliquos putare univerſaliter, etiam pro ipſo Paſchatis die, poſſe ſatisfieri apud eoſdem. Ratio eſt, quia abſolutè ſine reſtrictione Paſchæ, id conceſsit Nicolaus Quintus, & Paulus Tertius Religioſis Beatæ Mariæ de Guadalupæ, & conſequenter per communicationem cæteris mendicantibus.

t Idem Bauny ib. leg. Fagun. præc. Ecc. 3. l. 1. c. 5. n 13. & De Lugo de Euch. d. 18 ſec. 2 n. 49.

At, dices, hoc Privilegium fuiſſe vivæ vocis oraculo conceſſum, adeoque ſublatum ab Vrbano Octavo, qui omnia ejuſ-

modi abrogavit. Reſpondent aliquos dicere fuiſſe per Bullam.

53 Has duas opiniones relatas num. 51 & 52. non poſſum non vocare ſaltem ſpeculativè probabiles: ſi quidem probabilibus rationibus nituntur, bonoſque habent authores. Et quidem prior videtur expeditior: ita tamen, ut neutram in uſum, deducendam cenſeam, ne detur occaſio, vel admirationis in populo, vel querelarum in Prælatis.

54 Dices extat noviſsima declaratio Sacræ Congregationis, qua præcipitur Archiepiſcopo Neapolitano, ut id ſub cenſuris prohibeat Patribus Theatinis, ex Societatis Ieſu, quam adduxit, & timuit Diana. *u*

*u Dian p.6.tr.6. reſ.58 fine.*

Reſpondeo. De hac declaratione. Primò non conſtat authenticè. Secundò non eſt directa illis religioſis ſed Archiep. Tertiò eſt epiſtola particularis,

pro Diœceſi Neapolitana, ubi fortè aliquod peculiare ſubo-riebatur inconveniens. Quartò principaliter, declaratio ſic habet. Conqueſti ſunt Parochi de Patribus Theatinis, & Societatis, quod aſſerere audent, perſo-ſonas laicas aſſumentes in eorum Oratoriis, ſeu Congregationibus Euchariſtiæ Sacramentum, in die Paſchatis Eccleſiæ præcepto ſatisfacere: cumque id minimè permiſſum ſit, &c. Videt? loquitur de Congregationibus, ſeu Oratoriis, utique privatis, in quibus judicatum fuit inconveniens ſatisfieri præcepto; at nos loquimur in Eccle-ſiis publicis. Secundò loquitur de die Paſchatis, id eſt juxtà probabilem ſuperiorem interpretationem de ipſo die Dominico Reſurrectionis: ergo ſaltem priori ſententiæ, num. 51. relatæ hæc prohibitio non obſtat.

Confirmo. Docet, & quidem

*x Vaſq. de Euch. d. 211. c. 5. n. 45.*

meritò, Vaſquez, x quando verba legis obſcura ſunt, locum eſſe opinionibus, & poſſe quempiam probabiliter verba legis interpretari, atque ita inveſtigare mentem legiſlateris. Iam, ſubſumo: in hac declaratione, ut etiam in privilegiis prædictis non clarè conſtat, quid importet illud (dies Paſchatis) atque adeo obſcurum eſt: ergo poterit quilibet illud probabiliter quid ſignificet interpretari, & conſequenter nos modo jam dicto, interpretari potuimus.

§. 5.

Niſi forte, de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſſam, ad tempus ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum,

*Ubi, quis hanc, & alibi, quam in Parochia communicandi, licentiam*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tiam concedere valeat. An Epiſcopus, Archipresbyter, Vicarius Generalis, Parochi Montis Regalenſes.*

55 Nomine proprii Sacerdotis intelligi Parochum eſt conſtans *a* omnium ſententia: adhuc tamen aliqua enucleanda ſuperſunt.

*a Gloſſ in Clem. 1. de privil verb Presbyteri.*

Dubitare enim quis poſſet, an Parochus licentiam concedere alicui fidelium valeat, ut non communicet in tempore Paſchatis? Dico non poſſe, id enim non concedit Canon, ſed ſolùm quod pœnitens, propter rationabilem cauſſam, cum conſilio tamen Parochi, poſsit ad tempus Communionem Paſchalem differre. Unde Sà ſic habet *b* Qui poſt octo dies, ante, vel, poſt Paſcha, communicat, præcepto ſatisfacit: & qui longè poſt, ex conſilio Confeſſoris (ex decreto Eugenii IV. apud Navarrum) ubi obi-

*b Sà verb. Euch. n. 8.*

obiter nota illud (longè poſt,) Non inficior cauſam poſſe eſſe aliquando tàm gravem, ut poſſit, vel ex ſe pœnitens, vel ex conſilio prudentis ad tempus differre. Lege Layman, c qui id docet etiam de Confeſsione. Si quis (inquit) toto anno, nunquam confeſſus fuiſſet, & communionem ad breve tempus, ex cauſſa, puta uſque ad Pentecoſten differre deberet; probabile eſt, graviter non peccaturum: & ſi etiam Confeſsionem differret, ſi putaret poſtea eam commodius peracturum eſſe. Verùm ſi talis poſt Pentecoſten mortaliter peccet; obligatus erit eo anno iterum confiteri: ſiquidem prædicta Confeſsio fuit ob obligationem præcedentis anni; ut notavit Coninch. Hactenus Layman.

c Laym. l. 5. tr. 6. c. 4. n. 10.

Quæ nam ſint hæ cauſſæ ad differendam, immo ad omittendam Communionem; ex ſupra-

dictis à num.29. erit facilè colligendum.

56 Sed quis prædictum de jure conſilium, ut item licentiam alibi, quàm in Parochia, communicandi, dare poterit? Solus ne Parochus, an etiam alii? Sanè ſolus Parochus, quique venit nomine Parochi, ſeu Paſtoris. Quo nomine venit quicunque, qui curatum beneficium habet, reſpectu ſuorum Parochianorum, ſive curatus vocetur, ſive Archipresbyter, ſive Vicarius, ad curam, ſive alio nomine: hi enim omnes, vel ſimiles, reſpectu ſuarum ovium, ſunt proprii Sacerdotes.

57 Dubitavit autem Gloſſa in Clem. prima V. Presbyteri, an Epiſcopus, & Archipresbyter Cathedralis Eccleſiæ poſsint licentiam concedere ut Religioſi poſsint tale Sacramentum miniſtrare: & reſolvit, poſt factum, poſſe approbari conceſſionem

ſionem datam à prædictis: ſed ante factum melius eſſe ut ab his non concedatur.

58 Nihilominus non video, cur Epiſcopo id negari poſsit, ut item concedere Diœceſanis licentiam communicandi alibi, quàm in Parochia: cùm enim ipſe ſit Parochus, & Paſtor ſuæ Diœceſis, ut omnibus conſtat, & eademmet Gloſſa ibidem fatetur, immeritò id illi denegari poterit.

59 Archipresbyterum Cathedralis, reſpectu totius Diœceſis, ultrò concedo nequaquam poſſe: poteſt enim ſolum reſpectu ſuorum Parochianorum, quibus ipſe Parochus eſt: nam licet in jure major ſit ejus poteſtas; tamen jam in multis, ex antiqua conſuetudine, eam eſſe reſtrictam, notant Doctores. *d*

*d Barboſa de jure univerſo l. 1 c. 25. n. 25.*

60 De Vicario Generali (Nam Vicarius Foraneus, cum ad ipſũ cura ſpiritualis animarum non

ſpectet,

ſpectet, nullo modo poteſt) quoniam facit unum cum Epiſcopo, & eſt Paſtor ex officio, dicendum eſt *e* poſſe (etiam ſine mandato ſpeciali) ex ſola Vicariatus generalitate. Cum enim, etiam ſine ſpeciali mandato, ex probabiliore ſententia *f* concedere poſsit licentiam Sacerdotibus ad excipiendas confeſsiones; cur hoc non poterit, quod eſt minus?

*e Suarez de Euch. d 72 ſec 2 §. ſed inquires circ. fin.*

*f Sanc. l. 3 de matr. d. 29. n. 15 Barboſ. de pot. Epiſc. p. 3 all. 54 n. 19.*

61 Illud à me, dum hæc ſcriberem, Parochi Civitatis Montis Regalenſis in Sicilia quæſiverunt, quod, quia facit ad inſtitutum noſtrum, hic afferre abs re non erit.

In dictæ Civitatis Cathedrali, & Matrice Eccleſia ſex ſunt Parochi, curam animarum totius Civitatis gerentes, æquales in poteſtate, ſinguli que, pro ut caſus occurrit, officium Parochi exercentes; ſolum enim ad laborem minuendum, per hebdo-

madas,

madas, Sacramentorum admini- ſtrationi aſsiſtunt: & ſolum, ad honorem, antiquior ex illis Archipresbyter appellatur. Iam, ſimul ne omnes, an quilibet ex illis, pro ut libuerit, ſine dependentia à Sociis, poterunt hanc licentiam impertiri?

62 Reſpondi, quemlibet poſſe: ſi quidem quilibet eſt toto jure Parochus, nec unquam tale jus amittere potuit, cum talis poteſtas ſit imbibita in ipſo jure Parochi. Sanè hanc Eccleſiam puto eſſe ejus generis, quo cura Animarum, Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbit, & per plures adminiſtratur: de quo Eccleſiæ genere meminit Tridentinum.g

63 Dices ſi hæc Eccleſia eſt ejuſmodi, ſequitur, quod ipſi prædicti ſex, non ſint verè ordinarii Parochi, ſed delegati, merique coadjutores Epiſcopi: atque adeo poſſumus dubitare, an ipſis

g Trid. ſeſ. 24. de ref. c. 18. init.

ipſis ſit delegatum, poſſe darè prædictam licentiam.

Reſpondeo; cùm ipſis detur poteſtas, & authoritas ad univerſitatem cauſſarum pertinentium ad Parochi officium; hæc etiam poteſt eiſdem conceſſa eſſe; ſive ſint ordinarii, ſive delegati: quod hic decernere non eſt laborandum: & ſanè ſi illis conceditur officium miniſtrandi omnia Sacramenta, curamque animarum habendi, quod eſt majus; num poteſtatem concedendi eam licentiam, quæ poteſtas longè minoris momenti eſt, denegatam fuiſſe cenſebimus?

Audi Emmanuelem Sà, *h* Cui generaliter (inquit) committuntur omnia exercenda in Parochia; poteſt dare alteri Sacerdoti licentiam adminiſtrandi Sacramenta. Hæc Sà.

*h Sà V. Sacramētum n. 8.*

Adde quod in inſtrumenta inſtitutionis ipſorum, eos abſolu-

tè

tè Paroches nominat Archiepiſcopus, ſeu Vicarius: inſtituens: & in ritu, modoque accipiendi poſſeſsionem ſervantur in iiſdem ſolemnitates ſervari ſolitæ in cæteris ordinariis Parochis. Quare non video, quo ad rem noſtram, dubitationis eſſe locum.

Actus inſtitutionis unius ex ipſis, quem authenticè exſcriptum ego videre volui, ſic habet: D. Hieronymus Roſado Coronel Vicarius Generalis Sede vacante hujus Civitatis, &c. dedit, & dat Reverendo D. Ioſeph Gentili poſſeſsionem, & Canonicam inſtitutionem dicti Canonicatus Parochi, & Curati dictæ majoris Eccleſiæ per impoſitionem bireti, ſtolæ, & annuli: ac etiam dictus Dominus Vicarius, accepit à dicto de Gentili juramentum, & profeſsionem fidei in forma, &c.

64 Et in actu, ſeu inſtrumen-

to immiſſæ, ſeu traditæ poſſeſſionis, ſic habetur: Dictus de Gentili Canonicus, Parochus, & Curatus electus, &c fuit per me impoſitus atque immiſſus in realem, actualem & corporalem poſſeſsionem dicti Canonicatus, Parochi, & Curati intus dictam majorem Eccleſiam per apertionem, & clauſuram Cuſtodiæ ſanctiſsimi Sacramenti, oſculationem altaris ejuſdem, & fontis baptiſmalis: per aperitionem, & clauſionem arcæ, in qua reponuntur libri Baptiſmatis, Sponſalitiorum, &c. & per alia ſigna denotantia ipſam poſſeſſionem.

Lege Barboſam, i qui non aliis, niſi his, vel ſimilibus clauſulis, & ſolemnitatibus, ut certè fieri ſolet, Parochos inſtituit, iiſque poſſeſsionem Parochiæ tradit, ita ut ambigere nullus rationabiliter jam poſsit omnibus, & ſingulis Montis Regalis Parochis

*i Barboſ. de pot. Par 1. p. in fine c 2. form 9. & 12.*

rochis jura Parochorum univerſa competere.

## §. 6.

## Alioqui & vivens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur: & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura.

65 Pœna non confitentibus ſemel in anno, & non communicantibus in Paſchate, eſt, ut arceantur ab Eccleſiæ ingreſſu, & ne ſepeliantur in loco ſacro: quia tamen eſt pœna, & quidem ferenda; non incurritur ipſo facto, ſed poſt ſententiam. In jure, igitur non eſt pœna excommunicationis nec latæ, nec ferendæ. Solum audio in aliquibus Diœceſibus adeſſe excommunicationem ferendam; quæ ſi eſt timeatur.

66 Si quis fidelis moriatur, nec

nec conſtet an communicaverit, ſaltem in Paſchate, eſt ne ſepeliendus in loco ſacro? Reſpondeo, niſi conſtet non communicaſſe, judicandus eſt obſervaſſe præceptum, atque adeò ritè ſepeliendum.

Adde neminem huic pœnæ (cum ſit ferenda) ſubjici, niſi poſt latam ſententiam. Cum igitur nunc vix in uſu ſit, ut contra aliquem ſimilis ſententia fulminetur; nunquam ex hoc capite, erit fidelis à ſacra Sepultura depellendus.

## CAP. V.

## De Præcepto Communionis inſtante mortis periculo.

### §. I.

*An hoc præceptum omnes in eo periculo obliget.*

1 NOn modo nonnulli *a* docent Cōmunionis præceptum;

*a S. Bonavent. Sylveſtr. Armilla, apud Suarium ac Euc. d 69. ſec. 3 num.*

ceptum, ut à Chriſto latum, obligare ſolum ſemel in vita: atque adeo, qui in vita ſemel communicavit, non obligari, *b* ſub mortali, inſtante morte, iterum communicare: verum etiam alii *c* ſunt, qui putant nullam abſolutè eſſe obligationem ſub mortali eo ingruentis periculi tempore communicandi. Sed tenendum eſt, adeſſe *d* obligationem ſub mortali: Ratio potiſſima ducitur ex fidelium, & Eccleſiæ ſenſu, ſic judicantium.

2 Idque verum eſt ſive mors inſtans ſit ex infirmitate, ſive ex violentia: par enim eſt ratio. Immo & quoties imminet periculum mortis, ut in prælio, longa, & periculoſa navigatione, & ſimilibus, eandem adeſſe obligationem, docent communiter Doctores. *e* Iudex ergo, niſi fortè teneat opinionem *f* contrariam (quam non eſſe tenendam conſulo) obligatur Reo tempus ad

b *Sà V. Euch n. 1 favet non parum.*

c *Caet. Lesdeſm. Vict. Palud. allat. ibi ab eod. Suar.*

d *Suar. ib. Vaſq. de Euc. d. 114 c. 2. n. 3 & paſſim recent.*

e *ibid.*

f *Figund. Ecol. præc. l. 1. c. 4. n. 4.*

ad Communionem concedere. Excipe, niſi fuga ejuſdem Rei, ex qua damnum publicum, vel mors ipſi judici poſſet oriri, rationabiliter timeretur: nam tunc licebit contra vim vi ſe defendere.

3 Non tamen præceptum ejuſmodi adeò rigidè ſuſcipiendum eſt, ut infirmo, qui nullo remedio, (de quo infra §. 9. num. 1.) valet ſacram hoſtiam deglutire poſsit *g* propinari ſanctiſsimus Sanguis: quia hoc præceptum non obligat niſi debito modo.

*g Fagun. Suar. aliique apud Dian. p 5. tr. 3. reſ 34. eſto poſſe doceat Ochag. ibid.*

§. 2.

*An obliget eos, qui paulò ante periculum communicarunt.*

4 QUi v. g. duos, vel tres, immo & octo, vel decem dies, antequam in periculum incidit, communicavit, obliga-

ligatur ne iterum communicare eo ſuperveniente periculo? Obligari docent aliqui: *a* ſi quidem Communio antecedens, cum non fuerit exhibita, quando urgebat præceptum, præcepto non ſatisfecit. Ad eum modum, quo, qui Miſſæ interfuit die Sabbatho, non ſatisfecit præcepto de Miſſa die Dominico audienda.

a *Vaſq. de Euchar. diſp. 214. c. 2. n. 12.*

5 At non obligari melius docent alii. *b* Ratio præcipua eſt, quia hoc præceptum non obligat niſi circum circa periculum vitæ, ſive à me ignoratum, ſive ſcitum: obligat enim, ut propè mortem inveniar Sacra Euchariſtia refectus. Confirmatur, quia plura inveniuntur hujus generis præcepta, quibus ſatisfit, ſi paulo antequam urgeat præceptum, adimpleantur. Sic ſi Novitius, vel Clericus recitet officium mane antequam profeſsionem emittat, vel ordinetur in

b *Suar. de Euc. d. 69. ſec 2 §. Rogabis De Lugo d. de Euch. 16. ſec. 2.*

in ſacris ; non illum obligabis eodem die, poſt emiſſam profeſſionem, vel ordines ſuſceptos, iterum recitare : ſic Sacerdos, qui celebravit mane in loco, ubi non erat feſtum de præcepto, ſi poſtea, eadem die, ſe conferat in locum, ubi feſtum celebratur, non obligabitur ad audiendum iterum ſacrum. Idem de laico, qui mane ſacro interfuit, in prædicto loco non feſtivo, & poſtea ad feſti locum acceſsit. Eodem ergo modo in caſu noſtro, &c.

6 Miſſa igitur, Dominica die ideo audienda eſt ex præcepto ab eo, qui audierat Sabbato; quia in honorem diei Dominici latum eſt præceptum de ſacro tunc audiendo, qui honor tali diei addictus, non exhibetur die Sabbathi. At in noſtro, & in prædictis caſibus, habetur finis præcepti, qui eſt refici ſpiritualiter circa mortis periculum;

non ſic ſe habet orare quotidie, & colere diem feſtum: licet enim finis non cadat ſub præcepto; oſtendit tamen præceptum ſic, vel ſic eſſe intelligendum.

## §. 3.

### *An obliget eum qui communicavit in Paſchate.*

7 SI communicavit quis in Paſchate, & poſt aliquod notabile tempus, puta poſt menſem, incidit in periculum vitæ obligatur *a* iterum communicare. Ratio eſt, quia ex una parte hæc ſunt duo præcepta, alterum communicandi in Paſchate Eccleſiaſticum, *b* alterum, communicandi in periculo mortis, ex communi ſententia Divinum *c* ſimul, & Eccleſiaſticum: & ex alia parte per unam ſumptionem utrique, in caſu dicto, ſatisfieri non poteſt: cum propter illam diſtan-

*a Suarez, Vaſq. Valet aliique quos ſequitur, & citat Hurt. de Euch. d. 10 diff. 2*
b *Idem ib.*
c *Idem ib.*

diſtantiam. finis refectionis neceſſariæ, inſtante morte, non habeatur per ſumptionem tanto tempore ante factam. Quod ſi, qui in Paſchate communicavit incidat in prædictum vitæ periculum poſt paucos dies, puta poſt octo, vel decem; non obligabitur denuo communicare. Ratio eſt, quia cum finis refectionis neceſſariæ tunc habeatur; potuit per unam ſumptionem utrique obligationi ſatisfacere: ut ex dictis §. præcedenti clarè conſequitur.

## §. 4.

*An hoc præceptum obliget petere Euchariſtiam ab hæretico, excommunicato, & ſimilibus, ſi alius Sacerdos non adſit?*

8 QUamvis aliqui [a] concedant à Sacerdote excommunicato, etiam denuncia-

[a] Durand. Palud. aliiq. apud Suar. de Euc. d. 72. ſec. 4. fin.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

to, ab hæretico, ſchiſmatico, publico peccatore, licere in mortis periculo petere, ac ſuſcipere, quando alius Confeſſor non adeſt, Sacramentum pœnitentiæ; non tamen concedunt Euchariſtiæ Sacramentum: quia neceſſitas (inquiunt) pœnitentiæ major eſt, quàm neceſsitas Euchariſtiæ. Verum probabilius eſt, *b* poſſe, bono miniſtro deficiente, etiam Euchariſtiam, idque licet infirmus aliud Sacramentum v. g. extremam Vnctionem, vel Confeſsionẽ ab idoneo miniſtro ſuſceperit. Ratio eſt, quia mater Eccleſia, pro illo articulo, creditur neminem à miniſtrando tantam infirmo refectionem velle repellere: & ex alio capite, neceſsitas excuſat à cooperatione, quæ videtur eſſe cum peccato miniſtri, qui ex ſua malitia aptum ad Sacramenta miniſtranda non ſe reddit. Suppono autem non fore ſcandalum, nec Catho-

*b* Suar. ib.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licæ Religionis contemptum, ut certè eſſet, ſi ſuſcipere v. g. communionem eſſet ſignum participationis cum illius erroribus, quod nunquam licet.

At ſi licet, obligabitur ne infirmus? Reſpondeo obligabitur: quia excuſationem non habet. Si tamen nollet; poſſet priorem ſententiam ſequi, aſſerentem non licere, & conſequenter non adeſſe obligationem: quæ ſententia certè probabilis eſt, c præſertim ſi alia Sacramenta ritè ſuſceperit, vel ſe eſſe in ſtatu gratiæ judicaverit.

*c Cheliſ. apud Dianam p 5. tr. 3 reſ. 49.*

§. 5.

*An in eadem inſtantis mortis neceſſitate, poſſit quilibet Sacerdos etiam Religioſus, miniſtrare Euchariſtiam?*

9 NEc Religioſi, immo nec quilibet Sacerdos, niſi

pro-

proprius, id eſt Parochus poteſt de jure *a* miniſtrare ſacrum Viaticum moribundis: quia nullo meliori tempore præſumitur velle Paſtorem recognoſcere ovem ſuam, quam in tanta neceſſitate: tamen, ſi Parochus abſit, nec poſsit ab illo peti licentiam; quilibet poterit. *b* Ratio eſt tum quia præſumitur Parochi voluntas, tum quia caſus extremæ neceſsitatis ſemper intelligitur exceptus.

a *Súar. de Euc d 72 ſec 2 § ſed quæres.*

b *Ibid.*

§. 6.

*An, qui, mane, ex devotione communicavit, & deinde incidit in periculum mortis, poſſit, eadem die, pro Viatico communicare?*

10 NOn ſolum poſſe, *a* ſed debere, docent non nulli, eo nixi fundamento, cujus modò, meminimus y 2 quia

a *Hurt. de Euc d.10. diff. 2.*

nimis

nimirum, quando hic mane communicavit, non urgebat præceptum. Communicet igitur adveniente periculo, quando præceptum jam urget, ut illi ſatisfaciat. Non nulli verò ſolum dicunt *b* poſſe, non autem ſub obligatione: ſiquidem prohibita eſt duplicata eodem die communio.

Communis, & vera ſententia eſt, nec debere, nec poſſe. *c* Ratio primi eſt, quia jam eſt præcepto ſatisfactum mane, ut conſtat ex dicto §.2. Ratio ſecundi quia prohibemur bis eodem die communicare.

b *Apud De Lugo de Euch. d.*16. *ſec.*30 *n* 54.

c *Suar de Euc. d* 69. *ſect.* . §. *Regabis in fine. Fag. Granado Præp. Laym De Lugo eos citans dicta ſect.* 3.

### §. 7.

*De ſumente Viaticum, in mortali, deque mortaliter peccante, poſt illud.*

11 SI quis Sacrum viaticum, exiſtens in peccato mortali,

tali, ſacrilegè ſumpſit, licet alias peccaverit, huic tamen præcepto jam ſatisfecit, prout conſtat, ex dictis cap. 4. §. 4. numero 34

12 Quòd ſi ritè, & purè Viatico refectus eſt, ſed poſt ipſam refectionem incidit in mortale; aliqui *a* putant abſtringi iterum, in eodem mortis periculo communicare, ut non moriatur ſine auxilio Euchariſtiæ. Verùm conſilium id quidem bonum eſt, non obligatio: *b* quia jam, per priorem ſumptionem, præcepto factum eſt ſatis. Ad Confeſsionem autem talis peccati obligatur, etiam ſi contritus ſibi videatur: quia debet obſervare præceptum ſubdendi clavibus omnia peccata mortalia.

a *Sot. in* 4. *d.* 12. *q.* 1. *art.* 11.

b *Hurt. de Euc. d.* 10. *diff.* 2. *De Lugo de Euc. d.* 16. *ſec.* 2. *n* 46

## §. 8.

### *An pueri communicandi ſint pro Viatico.*

13 PRo pueris, uſum perfe-ctum rationis habentibus, non eſt dubium adeſſe præceptum, & non adeſſe pro rationis expertibus, ut patet ex dictis ſupra cap. 4 §. 2 Solum ergo eſt difficultas de pueris intra latitudinem decimi, & quartidecimi anni exiſtentibus: qui habent quidem aptitudinem ad Confeſsionem, non verò, ex aliquorum ſententia, ad reverenter ſuſcipiendam Euchariſtiam.

14 Dico, his poſſe, immo debere *a* dari Viaticum, ſicuti iiſdem dari ſolet extrema unctio: id enim ſuadet præceptum divinum, in tanta inſtantis mortis neceſsitate; eſto, non eſſe dan-

*a Suar. de Euc. d. 70 ſect. 1. & paſsim.*

b *Vaſq. de Euc. d* 214 *c.* 4. *n* 41. *Hurt. de Euc. d.* 10 *diff.* 4. *aliique.* c *De Lugo de Euch. d.* 13. *ſec.* 4 *n.* 44.

dum contendant alii, *b* probabiliter. Immo De Lugo *c* meritò, propter eandem rationem, contendit, etiam puero, de quo ſit dubium, an doli capacitatem habeat, poſſe (licet non debere) dari viaticum, ſicuti datur confeſſio, & extrema unctio, licet hæc, propter periculum irritandi Sacramentum, ſub conditione.

d *Caſtrop. de conſc.* 3. *p.* 7. *n.* 1.

Dices, cur pueris benè diſcurrentibus, poteſt, & debet, his vero ſub dubio diſcurrentibus ſolum poteſt? Reſpondeo quia illi ſubduntur legibus, atque adeo huic præcepto: hi vero, cum ſit dubium, an diſcurrant, dubium etiam eſt, an ſubdantur legibus, & conſequenter, ex doctrina Doctorum *d* in materia de legibus, ad obſervandam legem non obligantur, quia in tali dubio eſt poſſeſsio pro libertate,

§. 9. *An*

§. 9.

*An Amenti temporaneo, ac Phre-*
*netico dandum ſit ſacrum*
*Viaticum.*

15 DIximus c. 4. §. 1. perpetuò amentibus; non eſſe dandam: Euchariſtiam: nunc conſequenter dicendum, neceſſe dandum ſacrum Viaticum: ſemifatuis verò, ut etiam ſtolidis, & mutis, & ſurdis, ſicuti Euchariſtiam in vita eſſe concedendam, dummodo abſit periculum irreverentiæ, ibidem diximus; ſic & in morte Viaticum eſſe dandum, nunc conſequenter aſſerimus.

At verò illis, qui prius uſu rationis potiti ſunt eſſe porrigendam Euchariſtiam in articulo mortis, ſi prius voluntatem habuerint eam recipiendi, docet cum communi opinione S. Tho-

mas, *a* idque univerſaliter, ſive paulò, ſive multò ante mortis periculum (cum eadem ſit ratio) uſum rationis amiſerint. Addo non ſolum poſſe porrigi, ſed debere, *b* quando non eſt periculum irreverentiæ, ſicuti iiſdem dari etiam ſolet extrema unctio. Vide quæ dixi ibidem num. 4. circa finem.

a *S.Th. 3. p. q. 80. ar 9*

b *Colligitur ex Suario de Euc. d. 69. ſec. 1*

16 Petes qualis voluntas requiritur, ut præcedat ante amentiam. Reſpondeo alii exigunt, ut petierit: alii *c* melius ſatis eſſe docent, quòd piam, ac religioſam voluntatem præ ſe quis tulerit: atque ita, ſi non conſtet de peccato mortali commiſſo, & & non abſoluto; præſumendum in bono ſtatu, & communicandum. Nec eſt par ratio de Confeſſione: nam, præter quam quod, aliqui concedunt *d* etiam non petenti moribundo, ſed tamen, qui Chriſtianè vixerit poſſa, immo debere dari abſolutio-

c *De Lugo de Euch. d. 13. ſec. 3. n. 25.*

d *Apud Dian p. 3 tr. 3. reſ. 8.*

nem,

nem, ſaltem ſub conditione; eſt diſpar ratio; *e* quia actus pœnitentis ſunt materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ, quod non eſt in communione: Ad hoc facit illa probabilis doctrina Navarri *f* dicentis infirmo alienato à ratione, etiam ſi non petiiſſet Sacramentum, ſed tamen dederit aliqua ſigna contritionis, tollendo manus, percutiendo pectus, dicendo Miſerere, dandam eſſe Euchariſtiam, etiam ſi obſtinatus multo tempore in peccato mortali vixiſſet, nec per multos annos confeſſus fuiſſet: poterit enim abſolvi, *g* ſaltem ſub conditione, & communicari, &c. Vide quæ dicam c. 6. §. 3.

e *Lege De Lugo de pœn. d. 17. ſect. 3.*

f *Navar. in Man. c. 26 n. 27.*

g *Lege Jo. Sanc. in ſel. d. 44. n. 32.*

## §. 10.

### *Quando licet dare infirmo non jejuno Communionem.*

17 PRivilegio ſumendi Eucharistiam non jejunũ, tunc demum quis, inſtante morte, uti valet, cum neceſsitas expoſcit. Vidi ego timoratos quoſdam non jejuno dediſſe Viaticum, cum facillimè potuiſſent jejuno. Sanè non ritè, eoſque modeſtè monui, privilegium ejuſmodi non eſſe viatico abſolutè conceſſum, ſed ſub conditione neceſsitatis *a* illud non jejunè ſumendi. Quoniam verò articulus mortis eſt, quando brevi inevitabiliter moriturus eſt ægrotus; periculum verò quando probabiliter dubitatur, non poſt multum tempus de ejuſdem morte, quæ frequenter in tali caſu accidere ſoleat; hoc privi-

a *Suar. de Euc. d. 69 ſec. 3. §. Rogabis initio.*

privilegium habet fidelis, tum in articulo, *b* tum in periculo: ſicut etiam habet poſſe abſolvi, à reſervatis à quocunque Sacerdote. Quale autem, & quantum debeat eſſe periculum, potius ex Medici prudentia, vel aſtantium arbitrio cognoſcendum erit, quam aliunde. Illud certum eſt, minus periculum hic requiri, quam requirat extrema unctio: ut, ex praxi communi, conſtat, illi rationi innixa, quod morti non valdè proximus majori cum devotione ſacram refectionem ſuſcipere poterit.

b *De Lug. de Euch. d. 15. ſec. 3 n. 74.*

18 Non eſt tamen ſcrupuloſè prædicta neceſsitas expendenda. Vnde, ſi commodè non poteſt expectari, quando is communicandus ſit jejunus, ſive ſit infirmus, ſive ſit juſtè, vel injuſtè occidendus; communicetur, non jejunus. Immo Iudex non tenetur *c* expectare executionem

c *Idem De Lugo d. cit. 15. ſect. 3. n. 72.*

mortis in reo, ut is communico non jejunus.

d *Ib. n 74* 19 Simili ratione *d* incommoditas, quæ eſſet in iis, qui communicare infirmum debent, excuſat à jejunio. Hinc excuſantur, qui ne ſtatim poſt mediam noctem ſurgant, ad dandum infirmo jejuno Communionem; dant Veſperi non jejuno.

e *Ibid.* 20 Parochus item excuſatur, *e* qui impeditus manè in Eccleſia, expeditiùs ſero accedit ad ægrotum non jejunum communicandum. Invenio etiam excuſari Parochum ex eo capite, quod veſperi cum majori decentia, comitantibus laicis Sacramentum deferret, quàm mane. Ratio autem prædictorum eſt, quia non tam rigorosè accipiendum eſſe ejuſmodi præceptum, in occaſione Viatici, ipſa piorum praxis docet Nam propterea idem privilegium extendi probabiliter ad Sacerdotem, ut poſsit non jeju-

jejunus celebrare, ſi non adſint aliæ particulæ conſecratæ, ad dandum alteri Viaticum, diximus ſupra c. 2. §. 8. n. 32.

21 Illud denique huc reduci poteſt, quòd ſi infirmus res ſiccas, atque adeo Sacratiſsimam hoſtiam deglutire non poteſt, etiam ſumpto poſt illam vino, vel aliquo liquore; aptum remedium fore putant aliqui, hoſtiam ſacram intinctam vino à Sacerdotis manibus infirmo porrigi: porrigi enim per cocleare, vel aliud aptum inſtrumentum argenteum, vel aureum vino plenum, indè difficilè aliquibus [f] fit, quia etiam peſte infectis non conceditur per ſimilia inſtrumenta ſacram hoſtiam porrigere: cum conſuetudo Eccleſiæ Latinæ ſit à manibus ſacri miniſtri eſſe Euchariſtiam immediatè ſuſcipiendam. Quamvis non improbabiliter, ſi ſine ſcandalo, & periculo lapſus Eucha-

f *Bonac. d. 4. de Euc. q. 5. p. 2. n. 10. lege Suar. de pœn. d. 44 ſect. 3. n. 17*

g *Poſſev. apud eundē Bonac.* riſtiæ in terram fiat, poſſe non nemo cenſeat.

Alia quædam pertinentia ad Parochum deferentem Viaticum habes infra cap. 6. §. 1. ſicuti etiam quid fiet cum infirmo patienti vomitum, habuiſti cap. 2. §. 5. & c. 3. §. 4.

## §. 11.

*An qui ſemel Viatico refectus fuit, poſsit intra eamdem ægritudinem, ſæpius non jejunus communicare.*

22 TRibus dictis, quæ ad propoſitam difficultatem pertinent, meo more, hoc eſt breviter, expediam. Dico primo ſi morbus ſtatum mutet, ut, ſi ægrotus in vitæ periculo verſabatur, & deinde convaluit, cui poſtea ſimile periculum rediit; poſtea *a* in poſteriore hoc periculo, non jejunus communicare

a *De Lugo d. de Euc. 15. ſect. 3. n. 62. & cōmuniter*

nicare (licet in priore ſimiliter non jejunus communicaverit.) Idque toties, quoties ſimile quid evenerit.

23 Dico ſecundò quando idẽ periculũ perſeverat: ſi heri v.g. communicavit (etiam ſub titulo Viatici) jejunus; poterit *b* hodie non jejunus. Et è contra ſi heri communicavit non jejunus, poterit *c* hodie jejunus.

b *Ib n.63 cont. Vaſq. de Euch. d.211.c.4. n.38.*

24 Dico tertiò in eodem caſu, quando idem periculum perſeverat, ſi heri non jejunus pro Viatico quis communicavit; aliqui concedunt etiam hodie, id eſt ſequenti *d* die, non jejunum iterum pro Viatico communicare poſſe: alii *e* verò negant. Sanè utrumque probabiliter dictum eſt: licet non ignorem negantium ſententiam eſſe communiorem. Quorum negantiũ aliqui docent poſſe poſt multum tempus *f* aliig poſt triginta ſo-

c *Colligitur ex eod.*
d *Laym. l.4.tr.4.c.6 n.20. Hurt. de Sacr. d.9. diff.1.*
e *Apud cit.*
f *Navarr. apud De Lug. cit.*
g *Villal. apud eũd.*

lum dies, alii *h* poſt decem, vel octo dies, alii poſt *i* ſeptem, alii poſt ſex *l* alii poſt *m* tres. Ratio harum opinionum eſt, quia, cum moribundum, non jejunũ communicare ſit ex pia Eccleſiæ vel conceſsione, *n* vel conſuetudine *o* introductum; alii mitiùs, alii rigidiùs, ejuſmodi conceſsionem, uſumve interpretantur.

*h Suar. & Nugnius ibid. citat.*
*i Sylv. ib.*
*l Armilla*
*FilLiuc. ib.*
*m Ludov. de S Jo. ib.*
*n Vaſq. de Euc. d. 212 c. 4. n. 35.*
*o De Lugo cit. n 59. fine.*

## §. 12.

*An eadem die, qua quis occidendus eſt, poſſit communicare. Et quid de Infideli, qui eodem, quo baptizatur die, eſt ſuſpendendus.*

25 PAnormi in Sicilia, & in Regno Caſtellæ morte eadem die puniendos, non ſolent Miniſtri, ſed pridie communicare. Ego tamen non video ſufficientem talis conſuetudinis rationem: tum quia eodem die interficiendum communicare nullo

nullo modo cedit in irreverentiam Chriſti Domini: tum quia interficiendus melius, ad mortem vicinam diſponitur: tum quia Romæ *a* eadem die ejuſmodi interficiendos communicant. Immo aliqui *b* ejuſmodi damnatis, etiam ſi pridie communicaverint, concedunt iterum die ſequenti, quo morituri ſunt, communicare poſſe. Idque aliqui *c* dicunt fieri poſſe, una hora ante patibulum: ſi quidem una hora regulariter ſufficit ad ſacras ſpecies digerendas.

26 Quòd ſi puniendus ſit Infidelis eodem die baptizatus; benè, pro ut tempus permittit, inſtruendus poſt baptiſmum de hoc Sacramento eſt, & communicandus: *d* quia jam eſt capax illius, nec ulla ratio dictat eum eſſe tanto bono privandum.

a *Corſett. apud Dianam p. 3. tr. 4. reſ. 59 & p 5. tr. 3 reſ. 38.*
b *Jo. Sanc. in ſel. d. 40. n. 4.*
c *Sà V. Euch. n. 2. aliiq; apud Jo. San ib.*
d *Jo. Sanc. ibid. à n. 3.*

# CAP. VI.

## De Miniſtro Communionis.

1 DE Communionis miniſtro (qui eſt ſolus Sacerdos, & ex commiſsione ipſius, urgente aliqua cauſſa, a & ſemper, quando inſtat mors alicujus, deficiente tamen Sacerdote, Diaconus) aliqua tetigimus in præcedentibus. Verùm nunc in proprio loco non nulla ſunt, ad complementum tractationis, addenda.

a *Suar. de Euc d. 72 ſec. 1. De Lugo de Euc. d. 18. ſec. 1. n. 27*

### §. 1.

*Quo habitu, quo die, qua hora, quibus circumſtantiis eſt miniſtranda Euchariſtia.*

2 De ſtatu gratiæ an requiratur in miniſtrante tantum Sa-

Sacramen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cramentum, diximus, per occaſionem, ſupra c. 1. §. 7. num. 59. Nunc ergo cætera quædam, ad exteriorem cultum pertinentia, ſic breviter percurrimus.

3 Primò non opus eſt, *a* ut Sacerdos hoc Sacramentum miniſtrans, ſit jejunus: ſi quidem id nullo jure præcipitur.

4 Secundò omni anni tempore miniſtrari poteſt. Dubitatur tamen an poſsit die Paraſceve, hoc eſt Veneris Sancti, quando certum eſt non licere *b* Sacerdoti celebrare, ſed ſolum, ex præconſecratis die antecedenti, communicare. Dico poſſe: *c* at extra periculum mortis non eſſe paſsim in uſu (in illo enim periculo poſſe, immo debere non eſt dubium.) Hic tamen non uſus nequaquam induxit obligationem peccati eo die communicanti, ſed decentiæ dumtaxat, propter mœrorem Paſsionis Domini

a *Bonac. de Euch. d. 4. q. 5. p. 2. n. 6.*

b *De Lugo de Euch. d. 20. ſec. 1 n. 14.*

c *Hurt de Sacrific. d. 4. diff 2. cit. Suar. Vaſq Layman.*

mini noſtri: & ſicubi uſus eſt, jam ea decentiæ ratio ceſſat.

5 Tertiò mane miniſtrari ſolet: ſed veſperi, vel intempeſta nocte, poſſet *d* jejunis miniſtrari, etiam extra mortis neceſsitatem: quod tamen non eſt facilè concedendum, *e* propter populi admirationem.

6 Quartò Parocho non licet *f* Euchariſtiam ad infirmum deferre, ſine habitu decente, nempe ſine ſtola, & ſuperpelliceo, & non præcedente lumine: nec idem tenetur, ſi timeat præproperam infirmi mortem, valdè feſtinato currere: quia videntur hęc reverentiæ debitæ repugnare: quamvis poſsit *g* extremam unctionem ſine tanta ſolemnitate deferre: quia ſacrum Oleum materia eſt Sacramenti, non verò Sacramentum. At ad baptizandum, vel abſolvendum infirmũ, qui ſecus creditur in mortali moriturus; non ſolum poſſet, ſed

d *Sà V. Euc n.19. Suar de Euc d.69. ſec. 4.*

e *Coninch apud Bon. de Sacr. d.4. q. 7. punct. 1. n.14.*

f *Bonac. ibid. q. 5. p.2. à n.8*

g *Bonac. ibid.*

ſed etiam currere miniſter debe-
ret: *h* quia id non cedit in ullius *h Idem ib.*
Sacramenti irreverentiam; & ex
alia parte, maximè proximi cha-
ritas urget.

§. 2.

*An miniſtrari Euchariſtia poſſit indigno.*

7 IN hac quæſtione, qua quæritur: An ei, qui cognoſcitur eſſe in ſtatu peccati mortalis porrigi à Sacerdote, ſine peccato, communio poſsit. Certum eſt Primò, Miniſtrum, per ſe loquendo, quando ſaltem commodè, & ſine ullo inconvenienti valet, non poſſe ei *a* quem mortaliter indignum poſitivè certò cognoſcit (nam in dubio quilibet præſumendus eſt bonus, & communicandus) ſaltem ob regulam generalem, qua obligamur vitare, & impedire proximorum

*a Suar. de Euch. d. 67. ſect. 1.*

morum peccata, quando commodè poſſumus. Rurſus certum eſt, nec poſſe invitare, *b* aut alicui indigno ſuadere, ut recipiat Sacramentum, ſaltem quando non adeſt *c* neceſsitas. Ratio eſt quia id eſſet movere directè ad peccandum

8 Certum eſt Secundò Publico peccatori petenti ſive publice, ſive ſecreto Sacramentum, non poſſe *d* ſine peccato miniſtrari. Ratio eſt, quia obſtat illud Matth. 7. Nolite Sanctum dare canibus: obſtat reverentia Chriſto Domino debita; obſtat fidelitas miniſtri ſanctè tractandi hoc Sacramentum: obſtat cooperatio cum alieno peccato.

9 Certum eſt Tertiò Peccatori occulto publicè pœnitenti Euchariſtiam ſive à ſimplici Sacerdote, ſive à Parocho, cum par ſit ratio, denegandam non eſſe: *e* quia omnes habent obligationem non lædendi famam proximi

b *Idem ib.*

c *Id d* 18. *ſec.* 2. §. *ſed quæres Bonac. d.* 1. *de Sac. q* 6. *p.* 4. *n.* 6.

d *Suar. ib. & paſſim recentior.*

e *Sua. aliique quos*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mi, & ex alio capite, ſibi imputet peccator, quod indignè ſumit, cum Miniſter totum quod ex ſe facit, ſit tale, ut poſsit f eſſe bonum, & ſine peccato.

cit. & ſequitur de Lugo de Sacram. d. 8. ſec. 10

f Idem de Lugo ibid. ſec. 11. n. 181.

10 Certum eſt Quartò peccatori occulto, ſecretè petenti denegandam eſſe: g quia tunc nulla ſequitur peccatori infamia, & conſequenter Sacerdos non habet excuſationem denegandi.

g Doctores citati.

11 Illud igitur hic maximè eſt, pro praxi, conſiderandum, ecquis nam dicatur in hac materia publicus, qui occultus peccator. Placet modus id explicandi traditus à Suario, h quem ut faciliorem reddam, & breviorem, his ſequentibus regulis, diſtinguo.

h Suar. de Euc d. 67. à ſec. 5 vide etiam Fagund. præc. Ecc. 3. l. 3. c. 10.

*Regula Prima.*

12 Si peccatum petentis, Sacramentum ſciatur ab his, coram

ram quibus petitur; dicetur publicum, ſanè reſpectivè ad hos: quare illi denegandum erit Sacramentum. Ratio eſt, quia jam non ſequitur infamia ex denegatione. Certò autem tunc, licet occultè, dicetur his conſtare petentis peccatum; quando vel ipſe extra Confeſſionem Sacramentalem illud faſſus eſt (nam ſi intra illam, dicam mox num. 20.) vel ipſi aſtantes viderunt, vel à fide dignis audierunt, certoque ſciunt petentem nondum fuiſſe illud Sacramentaliter confeſſum: id enim eſt certò conſtare illum eſſe graviter indignum.

## *Secunda Regula.*

13 Si peccatum petentis Sacramentum ſit evidens, evidentia, juris, vel evidentia, facti tunc licet aliquibus præſentibus ſit ignotum, dicetur petens publicus

blicus peccator: atque adeo denegandum erit illi Sacramentum. Ratio eſt eadem, quia jam non ſequitur ſimpliciter nova infamia, cum per eam publicitatem amiſerit ille omne jus ad ſuam famam.

14 At, quæ nam eſt evidentia juris, quæ facti? Reſpondeo, juris eſt, quando juridicè, quis convictus eſt de crimine per propriam confeſsionem, vel per ſententiam, declarationemve Iudicis, ſive id ſciatur à multis, ſive à paucis. Facti eſt, quando notitia facti peccaminoſi tam publica eſt, ut juridicæ manifeſtationi æquivaleat: quod contingit, quando tam publicum eſt delictum; ut nulla tergiverſatione celari poſsit. At hoc ipſum quæro: & quando eſt tale, ut nulla tergiverſatione celari queat? Dico, id non poſſe univerſaliter colligi ex numero perſonarum, ut aliqui cenſent, ſed

pru-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prudentia opus eſſe: ut penſata qualitate loci, delicti, & perſonarum, quibus eſt peccatum notum, judicetur, an ſit tale, ut moraliter nulla ratione poſſit in occulto retineri.

15 Vnum hic dubitari poteſt, an quando peccatum eſt publicè notum in uno loco, dicatur etiam, pro hac noſtra materia, notum in alio: ita ut peccator per ſententiam, vel per evidentiam facti Romæ v. g. publicus, ſi petat hic Panormi, ubi ejus peccatum divulgatum non eſt, repelli debeat à Sacramento: videtur enim non eſſe repellendus ex illa communiore *i* ſententia, qua tenetur eſſe illicitum, ſi non propter juſtitiam, certè propter charitatem, crimen alicujus, in aliquo loco publicum, in alio, ubi neſcitur, manifeſtare: dico (cõmuniore ſententia) nam eſt alia ſententia ſanè probabilis, *l* quæ docet non eſſe illicitum morta-

liter,

*i Leſsius l. 2. c 11. dub 13. aliique.*

*l Fagund. præc. Ecc. 2. l 5. c. 3. n. 14. & 16*

liter, neque contra juſtitiam, neq; contra charitatem, ſaltem quando non dũ recuperavit benè vivendo bonam famam: quia per publicitatem amiſit ille omne prorſus jus ad famam ſuam.

16 Reſpondeo tamen ad dubitationem. Primò difficulter in praxi occurrere poſſe fortaſſe caſum: tum quia non facilè credendum eſt rumoribus populi: tum quia poteſt rationabiliter à Chriſtiano præſumi talem peccatorem jam fuiſſe emendatum, atque adeo concedendum illi Sacramentum. Reſpondeo Secundò. Si fortè occurrat aliquando caſus, dico debere repelli à Sacramento: quia, in hoc caſu, etiam juxtà communiorem prædictam ſententiam, ceſſat jus charitatis pro illo. Ratio eſt quia charitas, dictat quidem, non debere propalari illius crimen, ſine cauſa rationabili: at adeſt cauſa rationabilis manife-

nifeſtandi, cum iniquè talis ſe gerat, ſacrilegè, petendo indignè Sacramentum. Scio Fagundez *m* contendere hunc non debere repelli: quia ſi repellatur (inquit) certo infamabitur. At jam videmus illum non illicitè infamari, ſeu, ut melius loquar, non ſimpliciter infamari, cum ſupponatur jam amiſiſſe famam, & nunc ceſſare etiam jus charitatis. Scio etiam Henriquez ab eodem Fagundez citatum dare optionem miniſtro, ut poſsit admittere, & poſsit repellere, cum pro utraque parte ſint rationes probabiles: ſcio, inquam, hæc: ſed tamen noſtra ſententia videtur probabilior.

*m* *Fagun.* 3. *Ecc. præc. lib.* 3 c 10. *n.* 7. & 8.

### *Tertia Regula.*

1 Si peccatum petentis Sacramentum alioqui non ſit publicum, ſit tamen notum aliquibus ex præſentibus, ubi ſit petitio,

aliqui-

petitio, aliquibus autem notum non ſit (etiam ſi uni tantum ex præſentibus non ſit notum, quia par eſt ratio) non poteſt denegari Sacramentum. Ratio regulæ eſt: quia ſolum per publicitatem, id eſt per evidentiam juris, vel facti amittit quis ius famæ. Ergo in aliis caſibus, licet facillimæ probationis, ſervanda eſt proxima fama. Dices, at qui norunt ex aſtantibus ſcandalizabuntur, quod detur à te Sacramentum illi, quem ipſi indignum cognoſcunt. Reſpondeo hoc fore ſcandalum paſsivum, quia ſcire debent hunc non amiſiſſe ius petendi, cum non dum ſit publicus peccator: & idem judicare debent inter ipſos aliquem adeſſe, qui crimen petentis neſc[illegible]t.

## Quarta Regula.

18 Propter ſuſpicionem probabilem, multo minus ſi ſuſpicio ſit temeraria, hoc eſt ſine fundamento, non poteſt denegari Sacramentum. At verò propter peccati ſuſpicionem violentam, debet Sacramentum, modo explicato, denegari: hoc eſt ſi ſuſpicio violenta ſit publica, debet negari tum publicè, tum privatim petenti: ſi occulta, occultè, &c. Ratio eſt, quia temeraria, & probabilis ſuſpicio illi peccatori jus famæ non tollit: violenta verò ſuſpicio, cum æquivaleat evidentiæ, jus famæ tollit.

19 At quænam eſt violenta ſuſpicio? Eſt illa, quæ innititur talibus ſignis, & indiciis, ut, ex nulla probabili ratione, id, quod ex illis enaſci videtur, depelli, ſeu obſcurari valeat: ſive quæ tales habet conjecturas, ut nihil appa-

appareat, quod contrarium ſuadere probabiliter poſsit. Tale eſt commune exemplum, nudum cum nuda invenire, ad ſuſpicandum turpem congreſſum, &c.

### *De peccatore cognito ex Confeſsione.*

20 Petes Primò, qui ex Confeſsione Sacramentali novit petentem exiſtere in ſtatu peccati mortalis, poteſt ne illum repellere? Reſpondeo, Quamvis alii doceant, *m* poſſe, immo debere repellere; verius puto *n* non poſſe: immo oportere ei, vel occultiſsimè petenti concedere. Ratio eſt, quia ſigillum confeſſionis, ita rigidè obligat; ut nihil externè fieri poſsit, per quod videatur pœnitentis peccatum exprobrari, etiam ſi ſolus ipſe pœnitens advertat. Hinc inferunt aliqui: *o* Si Parochus v. g. ægrotum non abſolvit, quia non

m *Suar. de Euch. d.*67 *ſec.*3 § *ſed dubium eſt.*

n *Fagun. Ecc præc.* 3 *l.*3. *c* 10 *n.* 23.

o *Jo Baptiſt. Novatus in d ciſ moral. l.*2. *c.*4 *q.*17.

erat benè diſpoſitus, & deinde vel ægrotus ipſe, vel conſanguinei petant ab ipſo, ut Euchariſtiam deferat ad infirmum: poſſe ſaddere & debere deferre nulla prorſus habita ratione notitiæ in Confeſsione habitæ.

*Quotupliciter peccat qui communicat indignum.*

21 Petes Secundò. Qui peccatori publicò porrigit Euchariſtiam, unicum ne, an duo peccata committit: alterum cooperando cum alterius peccato, alterum infideliter ſuum officium exhibendò? Reſpondeo. Puto unicum, p quo ſcilicet confert Sacramentum indigno: utraque enim illa malitia unum conflat, ſaltem in ordine ad Confeſsionem, mortale peccatum.

p *Præp. de Euch. q.* 80. *n.* 23.

De

## De Miniſtrante Hoſtiam non conſecratam.

22 Petes Tertio. Licet ne peccatori occulto miniſtrare Hoſtiam non conſecratam, quò exterius appareat illum communicari: ut vitetur ſic ejus infamia? Reſpondeo. Quid quid dicant aliqui, cenſeo non licere, q ſive oſtendendo aſtantibus conſecratam, & dando peccatori non conſecratam, ſive quocunque alio modo. Ratio eſt, quia ſemper adeſt periculum Idololatriæ, ſaltem materialis.

q Lege De Lugo de Euch. d. 8. ſec. 11. n. 188

Hactenus egimus de miniſtrante indignè petentibus: nam quid dicendum de petente ab indignis miniſtris, colligi poteſt ex dictis ſupra cap. 5. §. 3.

## §. 3.

### *Quam debeat pœnitentiam exhibere ſive publicus, ſive occultus peccator, ut ad communionem admitti poſſit.*

*a Suar de Euc. d. 67 ſec. 2. §. inquire autem.*

*b Idem ib.*

23 SI peccator ſanus, occultè peccat; ſufficit *a* egiſſe occultè pœnitentiam, ſeu confeſſum ſacramentaliter eſſe: idque Sacerdoti, aliiſque, qui fortè adſunt, noverantque peccatum, conſtet. Si verò publicè peccat; neceſſe pari modo eſt, ut publicè *b* conſtet pœnitentia, ſive confeſsio, pro ratione ſtatus peccati, ita ut bona ipſius diſpoſitio manifeſta ſit. Ratio utriuſque dicti eſt, quia ſic Sacramentum dignè coram Deo, & hominibus tractabitur. Dixi, conſtet: nam ſi dubitetur de pœnitentia, non ſufficit: quia poſsidet certitudo peccati:

peccati : cum contra, ſi dubites de peccato; potes, ac debes illum communicare : quia poſsidet bona fama petentis, atque adeo petens præſumitur bonus, ut ſupra annui num. 7.

24 At ſi peccator, quantumvis publicus, (qualis eſt v. g meretrix publica) in mortis articulo ſit conſtitutus; ſatis erit, c ſi pro temporis opportunitate, & anguſtia, vel ritè confiteatur, vel ſi hoc nequeat, ſigna contritionis exhibeat, juxtà ea, quæ diximus cap. 5. §. 8. num. 16. & ad evitandum ſcandalum publicetur, quãtum fieri poteſt, dicta Confeſſio: de cujus publici peccatoris Cõfeſsione vide quæ dixi in methodo Confeſsionis lib. 3. cap. 3. §. 1. Ratio eſt quia tunc, propter periculum, urgentemque neceſsitatem, non eſt major diligentia extorquenda, quàm illa, quæ commodè exhiberi poteſt: & ex alia parte de quolibet

c Idem ib.

fideli præſumitur, eo in articulo, facere pro ſua ſalute quantum poteſt. Addunt aliqui ad meretricem graviter decumbentem in lupanari, ſeu loco publico peccati, etiam ſi confeſſa ritè fuerit, non eſſe a deferendam ſacram Euchariſtiam: eſſe, ſi in domo privata jaceat, propter reverentiam Sacramenti. Puto tamen, ubi hæc loca publica ſunt, eſſe ſervandam conſuetudinem ejus Eccleſiæ, quæ potuit declarare, quid melius expediret, fortè ad terrorem aliarum: Nam cæterum Chriſtus Dominus ad peccatores, præſertim contritos, libenter divertit.

## §. 4.

*An laicus, vel inferior Diacono miniſtrare unquam poſſit Euchariſtiam.*

a De Lugo de Euch. d. 18. ſec. 1

25 DOcent aliqui, a nunquam, ne ex commiſſione

ſione quidem Sacerdotis, nec urgente ulla mortis neceſsitate, hos poſſe, vel ſibi, vel aliis miniſtrare hoc Sacramentum. Ratio eſt ſaltem antiquiſsima, & conſtans conſuetudo Eccleſiæ in contrarium. Aliqui, *b* in extrema neceſsitate, etiam aliis, & multo magis, ſibi, concedunt, quando nullus eſſet Sacerdos, vel Diaconus, & infirmus, ſine Viatico, moreretur. Ratio eſt, quia non videtur id prohibitum, nec jure humano, nec divino: cum ſemper excepta intelligatur extrema neceſsitas.

26 Aliqui *c* denique concedunt inferioribus Diacono, ut etiam laicis, ad ſe ipſos, inſtante morte, communicandos, non verò ad alios. Ratio eſt, quia ſic interpretantur hi conſuetudinem in contrariū. Prædictæ ſententiæ, cum habeant bonos authores, nec ſpernendas rationes, ſunt omnes, ſaltem propter authori-

b *Suar. de Euc. d. 72 ſect. 1. §. ultimo dicendum, & ſect. 3. fine. Val. to. 4. d. 6 q. 10. p. 1. § mihi vero.*

c *Favet, Layman, Suar. aliique cit. à De Lugo dicta ſec. 1 qui item fatetur id eſſe probabile.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

thoritatem extrinſecam, probabiles.

27 At, quot peccata committit, qui ſe ipſum in mortali communicat? Respondeo Suarez *d* docet in hoc peccato adeſſe duas malitias, alteram ſacrilegæ receptionis, alteram infidelis adminiſtrationis. Illud certum judico (quod nobis ſatis eſt) ex his conflari unicum peccatum, adeoque ſatis eſſe in Confeſsione ſic manifeſtare: Communicavi me ipſum graviter indignè. Sicuti qui celebrat in peccato mortali, ſatis ſe explicat, dicendo: celebravi indignè graviter.

d *Suar. de Euc. d. 67 ſec. 1. §. ſed quæret aliquis.*

§. 5.

*An extra ſacrificium poſſit ſe ipſum, Sacerdos communicare.*

28 Licet probabiliter aliqui *a* negent, probabiliter etiam

a *Filliuc. to. 1 tr. 4. c. 9. n. 285.*

etiam & alii *b* concedunt, poſſe Sacerdotem, non ſolùm in extrema mortis neceſsitate; ſed etiam devotionis cauſſa ſe ipsũ, extra ſacrificium, communicare, ſi non adſit alius Sacerdos, qui ipſum communicare poſsit. Ratio eſt quia cum non adſit, pro hóc Sacramento, præceptum diſtinctionis perſonæ ejus, qui recipit, & ejus, qui dat Sacramentum; ſufficiens, & rationabilis cauſſa judicanda eſt, abſente alio Sacerdote, Sacerdotem refici velle ſacra Euchariſtia. An id poſsit Sacerdos facere non ſolum mane, ſed etiam poſt meridiem, vide ſupra §. 1. num. 5.

29 Quid ſi adſit Diaconus? Debere a manibus Diaconi accipere docent aliqui: *c* ſed & alii poſſe, *d* docent, ſuis manibus: utrique probabiliter. Ratio prioris ſententiæ eſt, quia nulla rationabilis cauſſa eſt ſibi miniſtrandi. Ratio poſterioris eſt,

quia

b *Suar. de Euc d. 72. ſect. 3.*

c *Fagund. præc. Ecc. 3. l. 3. c. 3. n. 7.*

d *Suar. dicta d. 72. ſec. 3. vide Lugo de Euc. d. 18. ſect. 1.*

quia ex præſentia Diaconi, cui ſolum competit, ex commiſsione Sacerdotis, miniſtrare hoc Sacramentum, non impeditur jus Sacerdotis ſibi miniſtrandi: nam poteſt uti jure ſuo, & non committere, & ſic aderit carentia legitimi miniſtri. Id quod non poteſt dici, quando alius Sacerdos: hic enim de jure ordinario miniſtrat, atque adeo, præſente ipſo, qui poteſt, ille prior Sacerdos, cum non careat legitimo miniſtro, non judicabitur habere rationabilem cauſſam non obſervandi conſuetudinem accipiendi communionem, extra ſacrificium, à manibus legitimè porrigentis.

## §. 6.

*An Sacerdos poſsit communicaturo miniſtrare partem ſuæ hoſtiæ.*

30 PVto id aliquando fieri convenientiſsimè poſſe. a Ratio optima ducenda eſt ex ipſo Chriſti inſtituentis b exemplo, qui fregit panem, & dedit. Cum igitur nihil in hoc Eccleſia expreſsè prohibuerit; ſi adſit cauſa rationabilis non eſt cur à nobis damnetur. Non nego, ſi adſint aliæ particulæ conſecratæ, decentius particulam porrigi, cum ita ferat conſuetudo: ſed ſolum, illud non eſſe inconveniens, ex ipſa Chriſti primaria inſtitutione, doceo.

a *Sà V. Euch. n. 15 Jo. Sanch. in ſel. d 22 n. 21. Henriq. Sylv Granad. cit. à Dian p. 5. tr. 3. reſ. 14.*

b *De Lug. de Euch d. 20. ſec. 2. n 69.*

Neque obſtat conſuetudo in contrarium: tum quia ego cum eſſem junior, vidi Sacerdotes id facientes, ſine umbra, ut tunc

mihi videbatur, ſcrupuli: tum quia, etiamſi alicubi ſit, non conſtat an habeat vim prohibitionis, cum non conſtet, an ejuſmodi conſuetudo obſervetur, ut neceſſaria, & obligans (id quod conſtare debet *c* ad hoc ut conſuetudo habeat vim legis) an vero tantum ut quid decentius, ſeu, ut caſtigatius loquar, ut quid expeditius: fatemur enim, quod per formulas minores, quæ ſint in promptu, facilius expediantur fidelium laicorum communiones, quam per partem hoſtiæ Sacerdotis.

*c Hurt. de Euch d. 2 diff. 9. loquens de conſuetud. conſecrādi in miſſa.*

31 Objicies. At in Miſſali Romano de defectibus Miſſæ jubetur, quod ſi Sacerdos poſt conſecratam hoſtiam incidat in morbum, debeat ab alio Sacerdote finiri miſſa, & communicari infirmus Sacerdos, parte ipſius hoſtiæ conſecratæ, quamvis, ſi ſit alia formula conſecrata, hæc potius infirmo porrigenda ſit: Hæc

ibi:

ibi: Ecce requiritur ſumma neceſsitas: nam ſolum conceditur, infirmo Sacerdoti; deficientibus aliis formulis. Reſpondeo hanc Rubricam eſſe benè intelligendam: nam tota intentio Eccleſiæ, in hoc eventu eſt, ut infirmus Sacerdos participet de Sacrificio à ſe inchoato. Vnde Gavantus in hanc Rubricam, ibi (Dividat hoſtiam) ſic habet. d Ita convenit, quia partem habuit ille prior in conſecratione. Ergo etiam in ſumptione. Hæc Gavantus. Et ſane id videtur ſtatutum in C. Relatum 11. de conſecr. diſt. 2. ibi. Nam quale erit illud Sacrificium, cui nec ipſe Sacrificans particeps eſſe cognoſcatur? Hoc poſito, ſic te debes ritè hac in re gerere. Si adſint in altari particulæ conſecratæ, ſimul cum hoſtia grandiore, conſecratæ, inquam, ab ipſo Sacerdote infirmo (de quo caſu ſolum loquitur Miſſale) poteſt dari

d *Gavant. in Rubr. miſſal. p. 3. tit. 10. n. 3 lit. a.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſi, vel pars hoſtiæ grandioris, vel melius) hoc eſt expeditius) una ex dictis particulis. At ſi non adſint particulæ conſecratæ ab ipſo infirmo Sacerdote, ſed fortè ab alio ſervatæ in ſacrario; certè non danda eſt una ex illis particulis, ſed pars hoſtiæ grandioris: ut nimirum ſic Sacerdos infirmus participet de ſuo ſacrificio. Et de hoc caſu non expreſsè hic loquitur Miſſale, cùm ſatis ipſi fuerit invenire intentionem Eccleſiæ eſſe: ut Sacerdos, quantum fieri poteſt, de ſuo Sacrificio, ut dictum eſt, participet.

32 Atque ex his patet reſponſio ad objectionem: non enim abſolute prohibetur, ſed ſolum ut quid decentius notatur, quando adſunt aliæ formulæ ab infirmo conſecratæ, illas, & non partem grandioris hoſtiæ Sacerdoti, multo etiam magis laico communicaturo diſtribui: id

quod contra traditam à nobis doctrinam, non eſt.

§. 7.

*An tempore Interdicti generalis miniſtrari communio poſſit?*

33 POteſt ſolum pro Viatico *a* ſive infirmis, ſive morte puniendis: quia caſus neceſſitatis exceptus eſt: ut etiam excipitur confeſsio. Immo confeſsio, propter majorem ejus neceſsitatem, ſemper, *b* nec ſolum inſtante morte, excipitur: modo, ſi quis dederit, cauſſam Interdicto, ut etiam & ille, qui eſſet ſpecialiter interdictus, ſatisfaciat, vel det ſufficientem cautionem, *c* pignoratitiam, fidejuſſoriam, vel ſi talem non poſſit, juratoriam, ante abſolutionem. Quod ſi non ſatisfecit, propter inadvertentiam, vel

a *Suar de Cenſ d. 33 ſec. 1. n. 27 aliique paſſim.*

b *Idem.*

c *Laym l. 1. tr. 5 p. 4 c. 2. n. 1.*

aliud antè abſolutionem; puto ſatisfaciendum eſſe ante Viatici ſumptionem.

34 Parochus ergo, &, hoc impedito, aliquis ex Sacerdotibus, Euchariſtiam, cum ſolito comitatu, & luminariis, propter Chriſti reverentiam, ad infirmos, etiam tali tempore, deferre tuto poterit. *d* Solum adverte eos Sacerdotes, qui cauſſam dederunt Interdicto, quia ab Euchariſtia miniſtranda, peculiari jure prohibentur, tempore Interdicti; ideo, ſecluſo neceſsitatis caſu, *e* eſſe omninò à tali miniſterio excludendos.

35 An Religioſis vel Monialibus, qui cauſſam non dederunt, Interdicto concedatur, eodem tempore, miniſtrare, vel recipere Euchariſtiam; quiſque ſua conſulat *f* privilegia.

36 In die Paſchatis denique an liceat etiam laicis communicare? dic, *g* ſecundum communem

d *Bon. de Interdict. d. 5. p. 3. §. 2. n. 1. & paſſim.*

e *Laym. ibid.*

f *Bonac. ibid. n. 9.*

g *Sayrus, Avila, Alterius, apud Bon. ibid. § 2. n. 12.*

nem opinionem, non licere: li-
ſere autem ſecundum probabi-
lem. *h* Putat tamen Filliuccius, *i*
in praxi, ſervandam eſſe loci
conſuetudinem. Quid ſi nulla
appareat introducta conſuetu-
do? Iam alterutram ex dictis
opinionibus ſequi potes.

*h Suarez, Con. apud eund. Bon. ibid.*

*i Fill to. 1. tr. 18. c. 2. n. 41.*

FINIS.

*Laus Deo Beatiſsimæ Virgini, ac B. Aloyſio.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX RERVM, & Verborum.

*Libri de Communione expeditè peragenda.*

## A.

ACTUALIS devotio. Vide Devotio actualis.
Ægrotus. V. Infirmus.
Ætas quæ requiritur ad communicandum, cap. 4. §. 2. num. 5. pag. 149
Quæ ad Confeſsionem, ibid.

Affe-

Affectus ad peccatum veniale an noceat communicanti, cap. 1 § 4 à n.9 pag.10 Et §.5 nu.14 pag. 14

Altari dum quis adſtat communicaturus an liceat confiteri Sacerdoti Euchariſtiam miniſtranti, cap.1 §.6 numer.33 pag. 32

Amentibus an danda Euchariſtia, cap.4 §. 1 num.4 p. 146

An habentibus lucem intervalli, ibid.

Angliæ Regina communicavit ſe ipſam, cap.1§.10 numer.76 pag. 73

Annuæ Confeſsionis præceptum, cap.4 §.2 per totum, pag. 149

Quando, quos, ad quid obligat? ibid.

Annus quomodo computandus in præcepto Confeſsionis, cap.4 §.3 num.25 pag. 169

Annus à Paſcha ad Paſcha eſt

annus Eccleſiaſticus : à primo Januarii ad finem Decembris eſt civilis, ibid.

Archipresbyter an concedere licentiam poſsit Religioſis miniſtrandi Euchariſtiam, cap 4 paragr.5 n.59 p. 198

Aromata in ore ruminata, an violent jejunium naturale, c.2 paragr.6 n.26 pag. 96

Articulus mortis quomodo differt à periculo vitæ, c.5 paragr.10 n.17 p. 222

in Azymo communicare, V. Sacerdos Græcus.

B

Baptiſmus non requirit ſtatum gratiæ in ſuſcipiente, cap.1 paragr.1 num.1 pag. 3

Baptizatus eodem die quo morte plectendus eſt, an communican-

nicandus, c.5 paragr. 12 n. 26 pag. 219
Bezzuar an violet jejunium naturale, Vide Iejunium naturale.
Bulla Cruciatæ an det facultatem accipiendi Euchariſtiam, ab alio quam à Parocho, c. 4 paragr. 4 n. 44 p. 185

C

CAppellaniæ onus, Vide Onus Cappellaniæ.
Carcere detentus, an obligetur quærere excarcerationem ut poſsit communicare, & confiteri, cap. 4 paragr. 4 n. 40 pag 181
Carta an violet jejunium naturale, c. 2 paragr. 6 n. 19 p. 89
Caſum reſervatum habens quomodo ſe gerat abſente eo, qui poteſt abſolvere, c. 1 §. 6 à nu. 20 p. 19

Caſum reſervatum habens Religioſus, cui prælatus neget licentiam abſolvendi quid faciet? ibid. n 18 p. 17 & nu. 28 pag. 28

Cauſa quæ, requiritur, ut communicet qui copulam habuit, c. 2 paragr. 1 n. 5 p. 78

Cauſæ excuſantes à communione, & confeſsione, cap. 4 paragr. 3 à n. 29 p. 174

Quid pro brevi tempore, ibid. paragr. 5 n. 55 p. 195

Cauſſæ excuſantes infirmum ut non jejunus ſumat Viaticum, c 5 paragr. 10 à n. 18. p. 223

Celebrare ſine veſtibus ſacris nunquam quis poteſt, c. 1. §. 6 num 32 p. 30

Nec ſine altari conſecrato, ibid.

At ſine confeſsione cum contritione poteſt aliquando, cap. 1 paragr. 6 num. 33 p. 32

Quid ſi recordetur peccati in ipſa miſſa, ibid. n. 34 p. 33

Quid

Quid ſi recordetur eſſe excommunicatum, ibid. numer. 35 pag 34
Quid ſi recordetur ſe non eſſe jejunum, cap. 2 paragr. 8 nu. 33 p. 102
Cera an violet jejunium naturale, capit. 2 paragr. 6 num 20 pag. 91
Cibum eſſe digeſtum non eſt neceſſarium ad communionem, cap. 2 paragr. 6 nu. 27 pag. 98
Cibus modiciſsimus frangit jejunium naturale, c. 2 paragr. 6 n. 17 pag. 88
Cibus quid ſit, ibid. numer. 16 pag 87
Clerici pueri rixantes an incurrant excommunicationem: Si quis, Vide pueri impuberes.
Comedi an poſsit ſtatim à communione, cap. 3 paragr. 1 pag. 135

Communicare in graviore peccato, an ſit majus peccatum, c. 1 paragr. 2 n 3 p. 5
An id in confeſsione explicandum, ibid. n. 4 p. 6
communicare poſt lautas epulas, an ſit gravius peccatum, quàm poſt modicum cibum, c. 1 paragr. 2 n. 4 p. 6
An id in confeſsione explicandum, ibid.
communicare contra præceptum humanum an addat novam malitiam, cap 1 paragr. 3 pag. 7
Quomodo in confeſsione id erit explicandum, ibid. nu. 7 pag. 8
communicare an poſsit per Viaticum, qui eadem die communicavit ex devotione, cap. 5 paragr 6 p 214
communicare cum veniale, an veniale, cap. 1 paragr. 4. pag. 10

communicare in mortali, an aliquando non mortale, c. 1. paragr. 10 p 69
communicare, an teneatur ſtatim qui non communicavit in Paſchate, cap. 4 paragr. 4 n. 36 p. 178
communicare an iterum teneatur, qui poſt Viaticum peccavit mortaliter, c. 5 paragr. 7 p. 115
communio quotidiana, V. quotidiana communio
communio ſacrilega ſatisfacit præcepto, c. 4 paragr. 3 n. 34 p. 177
confeſſarius quando judicatur deeſſe, cap. 1 paragr 6 à nu. 18 pag 17
confeſsio eſt præmittenda communioni, c. 1 paragr. 6 per totum, p. 15
confeſsio invalida non ſatisfacit præcepto, cap. 4 paragr. 3 n. 33 p. 176

confi-

conſitens in principio unius anni, & iterum in fine alterius, an ſatisfaciat præcepto, c 4 §.3 n 27 p. 171
conſiteri aliquando an poſsis cum ſimplici Sacerdote, & abſolvi indirectè à mortalibus, c.1 paragr. 6 num. 20 p. 19
conſiteri an poſsis inferiori peccata reſervata, quando non eſt copia ſuperioris, c. 1 paragr 6 numer. 20 21 22 & 23 pag. 19
conſiteri quamprimum, Vide Quamprimum conſiteri.
conſiteri an ſtatim obligetur qui præcedenti anno non communicavit, c. 4 paragr. 3 n. 28 p. 172
Quid ſi oblitus fuit alicujus peccati mortalis, ibid. num 22. p. 167
conſiteri quando teneatur qui toto ferè anno confeſſus eſt venialia & in fine cecidit in morta-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mortale, cap.4 paragr. 3 n.23 p. 167
confiteri ne teneatur qui poſt Viaticum incidit in mortale, c 5 paragr. 7 p. 25
confiteri ante communionem an quis obligetur peccatum oblitum, cap.1 paragr. 8 n.62 pag. 62
copula ſive licita, ſive illicica, an prohibeat communionem, c.2 paragr.1 à n.3 p. 77
corporeæ ſordes, Vide ſordes corporeæ.
contritionem elicere an teneatur quis, ante communionem, de peccato oblito in confeſſione, cap.1 paragr.8. num.61 pag. 61
contritionem non valens elicere, & nec potens confiteri, an urgente neceſsitate poſsit communicare, cap 1 paragr. 9 n.72 & 73 p. 70
crimen notum in uno loco, an
poſsit

poſsit alibi propalari, cap. 6 paragr. 2 num. 15 p. 238

## D

Debet, quid importet, Vide verbum Debet.

Declaratio Sacræ congregationis de non communicando extra Parochiam, c. 4 paragr. 4 n. 54 p. 192

Deliquium ſimulare, an teneatur Sacerdos, ſi in miſſa recordetur ſe eſſe in mortali, c. 1 paragr. 10 n. 74 p. 72

Detrimentum ſpirituale, vel temporale an afferant urgentem neceſsitatem ad effectum communicandi, c. 1 paragr. 6 n. 38 p. 36

Devotio actualis, an requiratur in communicante, c. 1 paragr. 5 p. 12

Devotio ſola ad tuum confeſſarium abſentem, non te excuſat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſat, à confeſsione ante communionem ſi alium habes, c. 1. paragr. 6 n. 18. p. 17
Die eadem communicare per Viaticum, qui mane communicavit ex devotione an quis poſsit, c. 5 § 6 n. 10 p. 214
Dimidiari confeſsio quando poſsit, c. 1 paragr. 6 à num. 20. uſque ad 27 p. 19 Vide etiam, n. 37 p. 36
Diſpenſare Euchariſtiam in mortali an ſit mortale. Vide Miniſtrare Euchariſtiam.
Diſpoſitio ſpiritualis requiſita ad communionem, c 1 per totum, p. 3
Diſpoſitio corporalis ad eandem requiſita, cap. 2 per totum, pag. 76
Diſpoſitio ad eandem non requiritur tanta, quanta poteſt c. 1 §. 4 num 9 p. 10 & num. 11 pag. 12
Diſtantia confeſſoris quanta eſſe

ſe debet, ut dicatur non eſſe confeſſoris copia, c. 1 paragr. 6 n 19 p. 19
Diſtractio voluntaria, an noceat communicanti, c. 1 paragr. 5 n 13. p. 13
Dubia verba. Vide Verba dubia.
Dubia peccata an ante communionem neceſſariò fatenda, c. 1 paragr. 9 p. 65
Dubius de Iejunio an communicare poſsit, cap. 2 paragr. 7 pag. 100
Quid in dubio de hora, qua quis comederit, ibid.

E

in ECcleſia cathedrali omnes de Diœceſi ſatisfaciunt præcepto communionis Paſchalis, c. 4 paragr. 4 n. 47 p. 186
Energumenis an danda Euchariſtia,

riſtia, cap. 4 paragr. 1 num. 3 pag. 146
Epiſcopus dare poteſt licentiam Religioſis miniſtrandi Euchariſtiam, c. 4 paragr. 5 n. 57 pag. 157
Erubeſcentia magna an excuſet à confeſsione, c. 4 paragr 3 n. 29 p. 174
Euchariſtiæ Sacramentum per accidens poteſt cauſare primam gratiam, c. 1 paragr. 1 n 2 p. 4
Euchariſtia an danda pueris, Vide Pueri.
Euchariſtia an danda amentibus, ſtolidis, energumenis, Vide prædictas voces.
Euchariſtiam diſpenſare in mortali, Vide Miniſtrare Euchariſtiam.
Euchariſtiam ſumere in mortali, an aliquando non mortale, c. 1 paragr 10 p 69
Euchariſtia an porrigi poſsit per inſtru-

inſtrumentum, c 5 paragr. 10 n.21 p. 225
Euchariſtia an poſsit indigno miniſtrari, Vide Miniſtrari an poſsit.
Euchariſtiam petere ab hæretico, excommunicato, & ſimilibus an liceat inſtante morte, c.5 paragr.4 p.211 An ſit obligatio, ibid.
Euchariſtiam ſumere an liceat poſt redditum conjugi debitum, c.2 paragr.1 fine, p. 80
Evidentia Iuris quæ nam ſit, c.6 paragr.2 n.14 p 237 Quæ evidentia facti, ibid.
Excommunicatio habens, ſi deſit potens abſolvere, an urgente neceſsitate communicandi, communicare poſsit c.1 paragr.6 n.26 p. 26
An confiteri ibid. n.27 p. 27
Et quanta debet eſſe neceſsitas, ibid. n.14 p. 41
Excommunicatus communicans

an peccet duplici peccato, c. 1 paragr. 3 à n 5 p. 7
Et quomodo ſe debeat in confeſſione explicare, ibid.
Quid ſi excommunicatus exiſtens, communicet in ſtatu gratiæ, ibid. n. 8 p. 9
Excommunicatus an obligetur procurare abſolutionem ut poſsit communicare, c. 4 paragr. 4 n. 40 p. 181
Quid ut miſſam audiat, ibid. n 41 pag. 183
Excuſantes cauſſæ à confeſsione, & communione, Vide cauſſæ excuſantes.
Expuere an liceat ſtatim à communione, c. 3 paragr. 2 p. 136
Extrema victus neceſsitas, an judicetur urgens neceſsitas ad celebrandum, cum contritione, ſine confeſsione, cap. 1 paragr. 6 n. 39 p. 38

Famem

# F

FAmem patiens quando communicandus, c. 2 paragr. 6 n. 27 p. 98
Fœminæ non obligantur recurrere ad Pontificem pro abſolutione excommunicationis, Si quis ſuadente, c. 4 paragr. 1 n. 7 p 160
Filum ex ferro, vel ſerico, vel lana, an violet jejunium naturale, c. 2 paragr. 6 numer. 18 pag. 88
Quid de filo ex lino, ibid. nu. 19 pag. 89
Fragmentum Sacræ hoſtiæ inveniens poſt peractum ſacrificium ſive in altari, ſive in ſacriſtia quid faciet, cap. 2 paragr. 8 n 35 p. 105
Fruſtum unguis an violet jejunium natulale. Vide Unguis.

Fumus an violet jejunium naturale, Vide Tabaccum.

G

Gladio accintus an peccet quis communicando, cap. 2 paragr. 4 num. 11 & 12 p. 84
Granum unum aniſi, an violet jejunium naturale, c. 2 n. 17 pag. 88
Gratiæ ſtatus requiritur ad communionem, cap. 1 paragr. 1 pag. 3
Gutta aquæ, an violet jejunium naturale? cap. 2 paragr. 6 n. 22 pag. 92
Græcus Sacerdos, Vide Sacerdos Græcus.

H

Hora, qua miniſtranda Euchariſtia, c. 6 §. 1. nu. 5 pag. 233

Horologium notat heras per primum pulſum, c.2 paragr. 6 n.28 p. 99
Horologiorum diverſitas quomodo faciat probabilitatem mediæ noctis, cap 2 paragr. 7 n.30 p. 100
Hoſtiæ ſuæ partem an poſsit Sacerdos communicaturo dare? c. 6 paragr. 6 pag.
Hoſtiam non conſecratam porrigere non licet occulto peccatori c.6 paragr.2 numer. 22 p. 245

I

IEiunium naturale requiritur ad communionem, cap. 2 § 6 pag. 87
Et quale, ibid.
Quando violatur, ibid.
non Ieiuno quando licet communicare, c.2 paragr.8 per totum, pag. 101
Impediti non recurrunt ad Pontificem

tificem pro abſolutione excommunicationis Si quis, c.4 paragr. 2 n. 17 p. 160

Impedimenta tollere ut confiteri, vel communicare poſſit, quomodo, quis obligatur, c.4 paragr.4 n 40 p. 181

Infamiæ notam ne quis incurrat eſt urgens neceſsitas ad communicandum cum contritione ſi deſit confeſſor, c.1 paragr. 6 à n.33 p. 32

Infamiæ nota quando excuſat communicaturum à jejunio, c 2 paragr. 8 n.3 p. 102

Infidelis an peccet peculiari peccato non ſe reddendo aptum per baptiſmum ad communionem, c.4 §.1 n. 2 p. 144

Infirmus an obligetur ſanitatem quærere, ut poſsit confiteri, & communicare, c.4 paragr.4 n. 40 p. 181

Infirmus Sacerdos debet participare, quantum poteſt de ſuo

ſacrificiorum, Vide Sacerdos infirmus.
Infirmus ex vomitu an communicandus? c. 2 paragr. 5 n. 54 pag. 96
Indigno an miniſtranda Euchariſtia, Vide Miniſtrari an poſſit.
Interdicti tempore an miniſtranda Infirmo Euchariſtia, c 6 paragr. 7 p.
Et qua ſolennitate deferenda, ibid. n. 34 pag.
Et an die Paſchatis omnibus miniſtrari poſsit, ibid. n. 36 pag.
Interdictus an poſsit urgente neceſsitate communicare, c. 1 paragr. 6. n. 27 p. 27
Quid de Irregulari, ut item de ſuſpenſo? ibid.
Interpretativus conſenſus Parochi ſufficit ad alibi, quam in Parochia communicandum, c 4 paragr. 4. n 43 p. 184 & n 49 p. 187

Iubilæum an requirat ex neceſ-
ſitate confeſsionem, c. 4. pa-
ragr. 3 n. 20 p. 165
Iudex tenetur dare tempus ad
communionem Reo damna-
to, c. 5 paragr. 1 n. 2 p. 206
Iuriſdictio requiritur ad mini-
ſtrandam Euchariſtiam, c. 4
paragr 4 n. 42 p. 183

L

Laicus, vel inferior Diaco-
no, an aliis, vel ſibi mi-
niſtrare in neceſsitate
poſsit Euchariſtiam, c 6
paragr. 4 p. 248
Leges humanas diminuere opta-
bile eſt, c. 1 paragr. 6 numer. 51
pag. 50
Lepra an noceat communicatu-
ro, c 2 paragr 2 p. 80
Licentiam in Paſchate commu-
nicandi alibi, quam in Paro-
chia quis concedere poteſt,

cap. 4 paragr. 5 per totum, pag. 194
Longa confeſsione indigens, ſi urget communio, quid faciet; c. 1 paragr. 6. num. 36 p. 30 & n. 37 p. 36
Longum iter quando excuſat à confeſsione annua, c 4 parag. 3 n. 30 p. 175
Quando à communione, ib. n. 31

M

MAſtica in ore ruminata an frangat Iejunium naturale, c. 2 paragr. 6 n. 26 p. 96
Medicinæ an violent jejunium naturale, Vide jejunium naturale
Mendicantes, Vide Religioſi.
Metus mortis an excuſet communicantem non jejunum, c. 2 paragr. 8 n. 45 p. 114
Meretrix publica inſtante morte an communicanda, c. 6 paragr. 3 n. 24 p. 247

Miles an decenter communicet accinctus gladio, c.1 paragr. 8 n.59 p. 60
Miniſtrare Euchariſtiam in mortali an mortale, c.1 paragr. 8 n.59 p. 60
Miniſter communionis quis, quo habitu, qua hora, quibus circumſtantiis? c.6 paragr. 1 pag. 230
Miniſtrari an poſsit indigno Euchariſtia, c.6 paragr. 2 p. 233
Miſſam audiens, aut celebrans, mane in loco non feſtivo non obligatur iterum audire adiens, eodem die, ad locum feſtivum, c.2 paragr. 2 n.5 p. 208
Miſſam celebrare, V. Celebrare.
Miſſam ut alii, vel ipſe Sacerdos audiant an ſit urgens neceſsitas, c.1 paragr. 6 n.38 p. 36
Montis Regalis Parochi, ſex. Vide Parochi ſex Montis Regalenſes.
Motivum univerſale doloris, qua

ratione neceſſarius ad juſtificationem, c. 1 paragr. 8 n 61 pag. 61
Mors alterius, an ſit urgens neceſsitas, ut ſi non adſint particulæ conſecratæ poſsit Sacerdos non jejunus celebrare, c.1 paragr. 6 n. 30 p. 30
Quid mors proprie, ibid. n. 29
Mulier ceruſſata an peccet ſic communicando, c.2 paragr. 3 pag. 81
Quid de ſuperfluo ornatu, ibid.
Muſca deglutita an violet jejunium naturale, c.2 paragr. 6 n.23 & n.24 p. 94

N

NEceſsitas urgens quæ nam ſit, c. 1 paragr. 6 nu. 29 pag. 29
Neceſsitate urgente, an poſsis peccata reſervata confiteri inferiori, c.1 §.6 à n.23 p. 24

Neceſ-

Neceſsitas urgens an excuſet communicaturum à Iejunio. Vide non Iejuno.
An concedat interdicto poſſe celebrare. Vide Interdictus an poſsit.
An excommunicato, Vide Excommunicationem habens.
An extremè indigenti, Vide Extrema victus neceſsitas.
Neceſsitas an concedat laico ſe communicare poſſe, Vide Laicus
An Sacerdoti extra Miſſam, Vide Sacerdos an poſsit ſe ipſum, &c.
Notum crimen in uno loco, an poſsit alibi propalari, cap. 6 paragr 2 n. 15 p. 238
Nux pinea an violet jejunium naturale, Videa Pinea nux.

O

OCcultus peccator, qui ſit, c. 6 paragr. 2 n. 12 p 236
Offi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Officium qui mane recitavit, non obligatur poſt ſuſceptos ordines, vel emiſſam profeſſinem, iterum eadem die recitare, c 5 paragr. 2 n. 5 p. 208
Onus Capellaniæ, an ſit urgens neceſsitas ad celebrandum, c. 1 paragr 6 n 39 p. 38
Oportet, quid importet, Vide verbum Oportet.
Ordinis Iudiciarii non ſunt capaces impuberes, c. 4 paragr. 2 n. 11 p. 154
Ornatus ſuperfluus mulierum an noceat ipſis ſic communicantibus, c. 2 paragr. 3 p. 81
Oſsiculum an frangat jejunium naturale, c. 2 paragr. 6 num 18 pag. 88

P

POena non communicantibus in Paſchate, c. 4 paragr. 6 p. 204



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pœnitentiæ Sacramentum non requirit ſtatum gratiæ præceſsiſſe in ſuſcipiente, cap. 1 paragr. 1 p 8
Papyrus an violet jejunium naturale, Vide Charta.
in Paraſceve an liceat communicare, c. 6 paragr. 1 n. 4 p. 231
Parochi nomine quis veniat, c. 4 paragr 5 à n. 56 p. 197
Parochi ſex Montis Regalenſes, quid poſsint, c. 4 paragr. 5 à n. 61 p. 199
Parocho non licet immodeſtè currere dum fert communionem infirmo, c. 6 §. 1 n 6 p. 232
in Parochia non communicare ſemel, aut iterùm in vita an mortale, c. 4 § 4 n. 50 p. 187
Paſchatis nomine quid intelligatur, c. 4 paragr. 4 n. 48 p 187 & n. 51 p. 189
Paſchatis die an miniſtrari poſſit Euchariſtia tempore interdicti, c. 6 §. 7 n. 36 p. 190

Paſchalis Communionis præceptum, c 4 per totum, p. 143
Paſch alis communionis præceptum, an judicanda urgens neceſsitas, c. 1 paragr. 6 n. 40 p 39
Peccata dubia, Vide peccata dubia.
Peccatum reſervatum, Vide Caſus reſervatus.
Peccatum patratum ipſo die Communionis an gravius, c. 3 paragr. 3 p. 136
Peccatori occulto, an liceat hoſtiam non conſecratam porrigere, Vide Hoſtiam non conſecratam.
Peccatum porrigendi Sacramentum indigno an duplex, c. 6 paragr. 2 n. 21 p. 244
Quid de peccato, quo ſe ipſum quis in neceſsitate indignè communicat, ibid. paragr. 4 n 27 p. 250
Quid, quo Sacerdos indignè celebrat, ibid.

Peccatum oblitum, Vide Confiteri ante Communionem.

Peccator ſive publicus, ſive occultus quam pœnitentiam exhibere debeat, ut communicet, c. 6 §. 3 p. 146

Periculum an idem atque articulus mortis, c. 5 §. 9 num. 17 pag. 222

Petenti publicè indigno an neganda Euchariſtia, c. 6 §. 2 n. 8 p. 234

Quid petenti ſecreto, ibid.

Quid ſi peccatum ſolum ex confeſsione ſibi innotuerit, ibid. n. 20 p. 248

Phrænetico an dandum Viaticum, c. 5 §. 8 p. 217

Pinea nux integra deglutita, an violet jejunium naturale, c. 2 § 6 n. 21 p. 91

Pollutio involuntaria an prohibeat Communionem, c. 2 §. 1 pag. 76

Quid de voluntaria, ſive copu-

la licita, ſive illicita, ibid. à n.3 p. 77

Potus quid ſit, c.2 paragr.6 n.16 pag. 87

Potus modiciſsimus frangit jejunium naturale, ibid. nu 22 pag 92

Præceptum communionis inſtante morte, c 5 per totum, pag. 205

Præceptum communionis obligat debito modo, c.1 paragr.6 n.42 p. 40

Præceptum communionis inſtante morte, an obliget eos, qui in vita communicaverunt, c.5 paragr.1 p. 205

An, qui paulo ante periculum mortis, paragr.2 n.4 p. 207

Præceptum Communionis Paſchalis, Vide Paſchalis Communionis præceptum.

Præcepta humana an inducant urgentem neceſsitatem in re noſtra, c.1 paragr. 6. n.43 p.40

Præce-

Præceptum Confeſſionis annuæ, Vide Annuæ Communionis præceptum.
Prævenire an obligetur communionem, vel confeſſionem, qui prævidet tempore præcepti ſe fore impeditum, c.4 paragr.4 n.37 p. 1 9
Proprii Sacerdotis nomine quid intelligatur, c.4 paragr. 5 à n 55 p. 195
Pueris an, & quando danda Euchariſtia, c.4 paragr.2 p. 149
An, & quando obligandi ad communionem Paſchalem, ibid.n 6 p. 150
Pueri impuberes an ſubdantur legibus humanis quoad culpam, ibid. n.8 p. 152
Quid quo ad pœnas, ibid. nu. 11 pag. 155
An incurrant excommunicationem ſi quis, ibid. n. 13 p. 156 & n. 15 p. 159
An pœnam impoſitam contra

non communicantes & non confitentes, ibid n.13 p. 156
An excommunicationes latas in Bulla Cœnæ, ibid.
An pœnas in Interdicto latas, ibidem.
Pueri ante, vel poſt ſeptemnium ſi ſint doli capaces, an teneantur ad annuam Confeſsionem, c.4 § 3 n.19 p. 163
Quid ſi dubitetur? ibid.
Pueri an communicandi pro Viatico, c.5 paragr. 8 num. 14 pag. 217
An iiſdem danda extrema unctio, ibid.
Purgationis dies, non removent ex obligationis à licita copula, c.1 paragr. 6 n. 53 p. 53

Q

Quam primum confiteri an quis aliquando obligetur, c.1 paragr.6 à n. 45. p. 43

An ſit aliquando præceptum latum à Tridentino, ibid. n. 47 pag. 44
Eſſe conſilium qui docent, ibidem, n 48 p. 45
Et quidem merito, ibid. num. 49 pag. 47
Quamprimum confiteri poſt communionem ritè peractam non eſt materia gravis, ibid. n. 54 p 54
Quando debet elici actus contritionis à communicaturo urgente neceſsitate ſine confeſsione, c 1 §. 7 pag. 57
An ſatis ſit dum in ore eſt ſacra hoſtia, ibid.
An in Memento, vel ante conſumtionem, ibid n. 57 p. 59
Quotidiana communio an omnibus liceat, c. 1 parag. 11. p. 74

R

Regina Angliæ, Vide Angliæ Regina.

Regulares, Vide Religioſi.

Religioſi an in neceſsitate poſſint miniſtrare Euchariſtiam moribundis, c.5 §.5 n.9 p. 213

Religioſis in jure prohibetur: ſed jam mēdicantibus ex privilegio nunc conceditur miniſtrare Euchariſtiam, c. 4 §.4 n.41 p.183 & n 48 p. 186

Quid in tempore Paſchali, ibid. n.51 p. 189

Religioſus, cui negatur licentia circa caſum, vel excommunicationem reſervatam quid faciet, c.1 paragr. 9 n. 18 p. 17 & n. 28 p. 28

Religioſus cui negatur licentia circa caſum reſervatum, Vide Caſum reſervatum habens Religioſus.

Reliquiæ Cœnæ deglutitæ an violent jejunium naturale, c.2 paragr. 6 n. 25 p. 95

Reſervatum peccatum, Vide Caſus reſervatus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reſervata excommunicatio, Vide Excommunicatio reſervata.
Reſpiratio non eſt comeſtio, c.2 paragr 6. n. 23 p. 93
Reverentia Chriſto debita, an aliquando excuſet communicantem in mortali, c.1 paragr. 10 n 76 p. 73
An non jejunum, c.2 paragr.8 n.37 p 107
Reverentia Chriſto debita compenſatur in neceſsitate per actum contritionis, c.1 paragr.6 n.32 p. 30

S

SAccharum in ore veſperi poſitum, Vide Tabellæ.
Sacerdos an aliquando teneatur confiteri dum miſſam celebrat, c.1 paragr. 6 n. 34 p. 33
Sacerdos vocatus ad infirmum communicandum ſi inveniat

illum indigere longa confeſſione quid faciet, c. 1 parag. 6 n. 36 p. 34
Sacerdos propter onus Cappellaniæ, an celebrare poſsit cum contritione abſente confeſſario, c 1 paragr. 6 num. 38 p. 36 & n. 39 p. 38
Quid propter extremam victus neceſsitatem, ibid.
Sacerdos an ſine ſtola extra Sacrificium ritè communicet, c. 2 paragr. 4 n. 10 p. 83
Sacerdos quando non jejunus communicare poteſt, c. 2 paragr. 8 à n. 34 p. 103
Sacerdos quid faciet advertendo eſſe acetum in calice pro vino, ibid.
Et quid ſi hæſerit ſacra hoſtia in Calice? ibid. n. 38 p. 108
Sacerdos an poſsit ſe ipſum extra Sacrificium communicare, c. 6 paragr. 5 p. 250
Quid præſente Diacono? ibid. n. 29 p. 251

Sacer-

Sacerdos an poſsit communicaturo dare partem ſuæ hoſtiæ, c.6 paragr.6 p.

Sacerdos infirmus debet participare quantum poteſt de ſuo ſacrificio, c.6 paragr.31 p.

Sacerdos Græcus in azymo, vel Latinus in fermentato an conſecrare poſsint, c.2 paragr.9 p. 115

Sacræ veſtes quomodo prohibeantur, non tangi niſi à ſacris hominibus, c.1 paragr.6 num.53 pag. 53

Sacramenta omnia vivorum requirunt in ſuſcipiente ſtatum gratiæ, & cur, c.1 paragr.1 n.1 p. 3

Sacramentum Euchariſtiæ, Vide Euchariſtiæ Sacramentum.

Salivæ quid immiſtum deglutitum an violet jejunium naturale, c.2 paragr.6 numer.23 pag. 93

Sanitas an requiratur à communicaturo, c.2 paragr.5 p. 5
Sanguis Chriſti Domini non eſt dandus infirmo non potenti deglutire res ſiccas, c.5 paragr.1 n.3 p. 207
Sanguis deglutitus an frangat jejunium naturale, c.2 paragr. 6 n 23 p. 93
Semifatuis an danda Euchariſtia, c.4 paragr.1 n. 4 p. 140
Senes non obligantur recurrere ad Pontificē pro abſolutione ab excommunicatione Si quis ſuadente c. 4 paragr. 2 nu. 17 p 160
Sigillum Confeſsionis rigidè obligat, c.6 par.2 n.20 p. 243
Signa contritionis in phrænetico, c.5 par.9 n.16 fine, p. 220
Solemnitates quibus inſtituuntur, & in poſſeſsionem immittuntur Parochi, c.4 paragr.5 n.64 p. 202
Somnum præceſsiſſæ, non eſt neceſſe

neceſſe ad communionem, c. 2 paragr. 6. n 27 p. 98

Sordes corporeæ an noceant communicaturo, c. 2 paragr. 2 p. 80

Stola an requiratur à Sacerdote communicaturo, Vide Sacerdos an ſine ſtola.

Stolidis an danda Euchariſtia, Vide Semifatuis.

Suſpenſus an celebrare poſsit, neceſsitate urgente, c. 1 paragr 6 n, 37 p. 36

Suſpicio temeraria, probabilis, violenta quæ nam ſint, c. 6 paragr. 2 n. 18 p. 242

## T

TAbaccum an violet jejunium naturale, c. 2 paragr. 6 n. 18 p. 88 & n. 23 p. 93

Tabellæ in ore veſperi poſitæ an violent jejunium naturale, c. 2 paragr 6 n 25 p. 95

Tangi à Sacerdote ſacram ho-

ſtiam in mortali an ſit mortale, c.1 paragr.8 n.58 pag. 59
Tangi à laico poteſt Euchariſtia. quando id requirit reverentia Chriſto debita, cap.1 paragr.10 n.76 p. 73
Terra an violet jejunium naturale; c.2 paragr 6 n.19 p. 89
Timor gravis mali, vel revelationis ſigilli urgens eſt neceſſitas, c.1 paragr 6 n.18 p. 17

V

Vagi, & Peregrini ubilibet poſſunt ſatisfacere præcepto communionis Paſchalis, c.4 paragr.4 n.46 p. 186
Venialibus peccatis ſolum gravatus an obligetur ad annuam Confeſsionem, c. 4 paragr 5 n.20 p. 165
Veneris ſancti die an liceat communicare, V. Paraſceve.
Verba imperativi modi an indicent præceptum, c.1 paragr.6. n.49 p.67
Verba

Verba dubia legis quilibet probabiliter interpretari poteſt, c.4 paragr.4 n.34 p. 192
Verba dubia an contineant præceptum: illud non continent, c.1 paragr.6 n.50 p. 49
Verbum (debet) an importet præceptum obligans, c.1 §.6 n.52 p. 51
Verbum (oportet) an importet præceptum obligans, ibid.
Veſtes externæ quæ requirantur à communicaturo, c 2 §.4 n.9 pag. 83
Viaticum datur non jejuno, & quomodo, c.5 paragr 9 p. 219
Viaticum an detur phrænetico. Vide Phrænetico.
Viatico ſemel refectus, an in eadem infirmitate poſsit iterum refici, c.5 paragr 10 p. 228
Viaticum an poſsit à morte damnatis ſumi eadem die, cap. 5 paragr.11 p. 226
Vicarius Generalis an concede-

re poſsit licentiam Religioſis miniſtrandi Euchariſtiam, c. 4 paragr. 5 n. 60 p. 198
Quid de Vicario foraneo, ibid.
Unguis fruſtum an violet jejunium naturale, c. 2. paragr. 6 n. 18 p. 88
Voluntas quæ requiritur præceſsiſſe in amente ut poſsit communicare, c. 5 parag. 9 n. 16 p. 220
Voluntaria diſtractio an noceat communicaturo, Vide Diſtractio voluntaria.
Vomere quando licet infirmo poſt communionem, c. 3 paragr. 4 p. 137
Vomitum patiens an, & quomodo communicandus, c. 2 paragr. 5 n. 14 p. 86
Votum cōmunicandi an inducat neceſsitatem ut quis cum contritione, abſente confeſſario, communicet, c. 1 §. 6 n. 43 p. 40
Vugens neceſsitas, V. Neceſsitas urgens.

FINIS.

# APPROBATIO.

OPuſculum R. D. Thomæ Tamburini Societatis IESU Theologi, cui titulus, *Methodus expeditæ Communionis* alias impreſſum, & doctorum Virorum laudibus ac encomiis celebratum, plurimorum bono in lucem edi poſſe permitto, Coloniæ 31 Auguſti 1656.

*Adrianus de Walenburch. Metrop. Eccleſiæ Colon Presbyter Canonicus & Cenſor librorum ordinarius.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
2354

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN